In iſto capi. auctor noſter ponit quoddā preambulū valens ad noticiam viciorum habendārū ꝑm diuidens prima ſui diuiſione in duas ptes. In prima parte determinat de pctis in gñe. In ſcda de eiſdē in ſpecie prima in principio. ſecūda ibi. Ne careas vita. Itē prima diuiditur in duas. Ju prima enumerat tria genera peccatoꝝ. In ſecūda proſequitur membris. Prima in principio. ſecunda ibi: cū peccatis in id. ⁊ illud in duas. Nam in prima docet q̄d ſit peccatuꝫ veniale ⁊ quomodo perpetratur. In ſecunda determinat de mortali et de modo perpetrandi. Prima ibi. cum peccatis in id. ſcda ibi. ſed quādo velle ⁊c. Itē cum peccatis in id. adhuc diuiditur: naꝫ in prima parte facit qđ dictum eſt. In ſecunda oſtendit quomodo ex veniali fit ꝓgreſſus in mortale. ſcda ibi. Si tamen ordinet. Item illa pars. Sed quando velle: diuidit nam in prima parte docet quomodo mortale perpetratur. In ſecūda reſtringit oſtē dens quomodo aliquando illud qđ apparet mortale fit veniale. ſecunda ibi. Si tamē hoc ſiſtat. In prima parte tituli determinat de primo genere peccatorum ſcilicꝫ originali peccato diuidens illam parteꝫ in duas. nam in prima oſtendit quid ſit peccatum originale ⁊ quomodo meretur dici originale. In ſecunda parte docet remedium contra peccatum originale. ſecūda ibi cum baptiſamur: ⁊ non ſolum cōtra originale: ſed contra quodcunqꝫ ante perpetratum: ibi nec non peccato quodcunqꝫ ſit ⁊c. Iſta eſt diuiſio preſentis tituli ſiue capituli. Pro maiori declaratione dicendorū premittendum eſt quid ſit peccatum in generali. Pro quo notandum eſt ꝙ peccatū ſecundum cauſam efficientē a beato Augu. ſic diffinitur. Peccatum eſt voluntas retinendi vel ſequēdi quod iuſticia vetat. ſm cauſam materialem diffinitur ſic. Peccatū eſt dictum vel factum vel concupitum contra legem dei ſm cauſam formalē ab Ambro. ſic diffinitur. Peccatum eſt preuaricatio legis diuine ⁊ celeſtium inobedientia preceptorum. ſm cauſam finalē ab Augu. ſic diffinitur. Peccatum eſt ſpreto incōmutabili bono rebus mutabilibus adherere Ex ꝓmiſſis apparet ꝙ in peccato ſunt duo ſcilicet auerſio a creatore et conuerſio ad creaturam. ſm Alber. in ſuo compen. Ueritamen peccatum ſm rem non eſt ſubſtātia vel res aliqua ſed defectus corruptela ⁊ boni ꝓuatio ſm Alber. in. iij. libro ſui cōpen. Peccatum eniꝫ nihil eſt formaliter: tamen circa aliquid eſt: ⁊ alicuius boni ꝓuatio eſt. ſm Magiſtrum ſententia. xxxvij. diſtin. ij. Naꝫ cauſa ⁊ origo peccati res bona extitit: quia ante primum peccatū nō erat aliquid mali vnde orietur. per eundeꝫ magiſtrum. xxxiiij. diſt. ij. ſenten. ſm Iſido. in lib. i. de ſummo bono. dicit malum a nullo eſt creatum nec factum ſed a diabolo inuētuꝫ. Et ſubdit poſt ꝙ enti bono inherebat. Quis enim peccatum ſit contrariū ipſi bono non tamen habet eſſe niſi in bono nec ortum trahit niſi a bono: quod quideꝫ bonum eſt liberum arbitrium ac voluntas a qua peccatuꝫ eſt ſicut a prima origine ⁊ in qua eſt ſicut in ſubiecto. voluntas enim ſꝫ ꝙ habet reſpectum ad ſuum pͥcipium a quo eſt. ſ. a deo non eſt nata elicere ex ſe niſi bonuꝫ ſed ſm ꝙ habet reſpectum ad pͥncipium ex quo eſt quod eſt nihil cum ipſa voluntas ſit ex nihilo tendit ad defectum ſm Alber. in. iij. cōpen. Item ꝙ peccatuꝫ nihil ſit habetur per glo. ſuper illud Joh. i. Sine ipſo factum eſt nihil. i. peccatū. Peccatum enim dicitur nihil propter tria. primum propter defectum quia peccatuꝫ nō eſt res aliqua naturalis: ſꝫ boni corruptio Unde Aug. in prima reſponſione cōtra pelagianos opera diaboli que vicia dicūtur ſunt actus non res. ⁊ ideꝫ Aug. Omne malum natura non eſt: ſed actus accidens alicui defectu boni. nec ob. obiectio Augu. in ench. dicentis. Alique ſunt res quibus homines mali ſunt. Tales autem non ſunt niſi vicia ⁊ peccata. ergo vicia ſunt res. nam ſm beatum Tho. ⁊ alios ſuper. xxxvij. diſt. ij. ſenten Res poteſt capi tripliciter. cōmuniter: proprie. ⁊ magiſ proprie. Cōmuniter dicitur res de reor reris: ⁊ ſic comprehen-

UVA. BHSC. IyR_242

dit omne illud quod cadit in cognitioneꝫ:
ſiue ſit res exterius:ſiue in ſola opinione:
⁊ ſic pctm̄ eſt res:⁊ ꝗtū ad actionē ſubſtra
ctā ⁊ ꝗtū ad deformitatē.⁊ ſic accipit Ful/
gerius.d.Deus illius rei eſt vltor cuiꝰ non
eſt auctor.Proprie res dꝛ de ratus ta.tuꝫ.
ſm ꝙ ratum dꝛ eſſe illd̕ quod nō tm̄modo
eſt in cognitione immo eſt in rerū natura:
ſiue ſit vnū ens in ſe:ſiue in alio.⁊ hoc mō
res cōuertitur cū ente.iiij.Meth.⁊ ſic pec
catū eſt res nō rōne deformitatis:ſꝫ ratio/
ne actus ſubtracti.⁊ ſic accipit Augu.in en
ch.Propriiſſime dꝛ res de ratus ta.tū.put
ratū dꝛ ens ꝑ ſe fixuꝫ.⁊ ſic res dꝛ ſolum de
creaturis ⁊ ſubſtātijs ꝑ ſe exiſtētibus:⁊ ſic
pctm̄ nec ē res rōne deformitatꝭ:nec rōne
actus ſubtracti.Et ſic accipit Aug.in ꝑma
reſponſione cōtra pelagianos.d.Opa dia
boli que vicia dicſitur ſunt actus ⁊ nō res.
ſcd̕o dꝛ peccatū nihil ꝓpter effectū:qꝛ pec/
catū annihilat hoīem:⁊ deficere facit a ve
ro eſſe.tertio dꝛ pctm̄ nihil propter deſpe/
ctū:qꝛ vilē reddit hoīem ⁊ indignū premio
ſm Alber.in.iij.lib.ſui cōpen.Itē ſm eūdē
loco ꝑallegato eſt notādū ꝙ aliud eſt pcti
actus:aliud eſt habitus:alid̕ reatus.Pec/
cati actus eſt aliꝗd ſed qn̄ non amplius ſit
eſſe deſinit etiā ſine grã:ſed habitꝰ pcti eſt
qui relinquitur ex malis actibꝰ ⁊ remanet
interdū etiā ceſſantibus actibus.⁊ ſm Al/
ber.etiā remanet poſt infuſaꝫ grãꝫ ac pec/
cati remiſſionē.Pcti vero reatus ſiue ma/
cula ſm rem nihil eſt:tñ deformat aīaꝫ nō
ꝑ modū poſitionis:ſꝫ ꝑ modū priuationis
ſicut truncatio mēbri deformat corpꝰ⁊ ma
culat.ſm eundē Alber.ad illud addit Au/
gu.ꝙ ſicut abſtinētia nulla ſubſtātia eſt:et
tñ ex ea corpus lāguet:ita pctm̄ nō eſt:ali/
qua ſubſtantia:tamē ex eo natura aīe cor/
rūpitur ⁊ ſemꝑ hꝫ deleri per grãm.Itē no
tandū eſt ꝙ pctm̄ qn̄ꝙ tranſit actu ⁊ rema
net reatu:ſicut pctm̄ actuale qn̄ꝙ tranſit
reatu ⁊ remanet actu:ſicut pctm̄ originale
poſt baptiſmū:quādoꝙ tranſit actu ſimul
⁊ reatu:ſicut peccatū actuale poſt peniten
tiā:qn̄ꝙ remanet actu ⁊ reatu ſimul:ſicut
originale pctm̄ ante baptiſmū.ſm Alber.
in.iij.li.ſui cōpen.⁊ ſm mag.ſenten.xlij.di.
ij.¶ Pro quoꝝ vlteriori declaratiōe eſt no
tandum ꝙ peccatum multis noībus nūcu
patur.vno modo dꝛ macula:qm̄ dei ima/
ginem deformat.i.aīam.Alio modo dꝛ rea
tus:qꝛ ad eternā penam obligat.Pro quo
no.ꝙ reatus multipliciter recipitur ſꝫ ma
gi.xxij.di.ij.ſent.Vno mō ꝓ culpa.alio mō
ꝓ pena.tertio mō ꝓ obligatōe pene vl' eter
ne vel tꝑalis.Si em̄ pctm̄ eſt mortale obli
gat nos ad penam eternam:ſi veniale obli
gat nos ad penā tꝑalem.Mortale em̄ eſt
ꝓpter qd̕ hō meretur penaꝫ eternam ſiue
mortem.veniale autem qd̕ hominē vſꝙ in
reatum ꝑpetue mortis nō grauat verſita
men pena meretur.alio mō pctm̄ dꝛ pollu
tio ⁊ hoc ꝗtū ad cōtractuꝫ ex carnali ⁊ ter
rena delectatiōe.alio modo pctm̄ vocatur
ſeu dꝛ pena inꝗtū reſpicit peccatū ꝑmi ho
minis in quo tota natura noſtra corrupta
fuit:ſm beatū Augu.in lib.de gratia ⁊ na/
tura.alio modo pctm̄ dicitur delictuꝫ.i.de
relictū inꝗtum eſt receſſus a diuinitate ⁊
gratia habita.alio modo pctm̄ dꝛ culpa.⁊
hoc:ſm qd̕ reſpicit penam.alio modo voca
tur offenſa:⁊ hoc inꝗtū oſtēdit diuinā ma
ieſtatē alio mō dꝛ preuaricatio.⁊ hoc inꝗ/
tum reſpicit mādata dei.alio mō dicit̕ vici
um inquātū eſt defectus denigrans bonū
gratie ⁊ offuſcās bona naturalia.alio mō
dꝛ peccatū ſm ꝙ auerſio ſit a bono incom/
mutabili.ſ.deo ⁊ conuerſio ad bonū cōmu
tabile cuiuſmodi ſunt creature.Alio mo/
do pctm̄ dꝛ ſcelꝰ ꝓpter iniuriā dei magnaꝫ.
alio mō dꝛ nefas quaſi non fas:qꝛ ꝑpetrat
illicitum.alio mō pctm̄ dꝛ crimen inꝗtum
eſt dignū pena ꝓpter illū actum illicitū ⁊c̄.
Iſtis deductis ad declarationeꝫ pcti in ge
nerali venio inſequēdo lr̃am auctoris.Ad
primū mēbrum vbi ꝓmiſi oſtendere ꝗd ſit
pctm̄ originale:⁊ quare dꝛ originale.Dico
ꝙ pctm̄ originale eſt viciū cōcupiſcētie qd̕
in omnes cōcupiſcētialiter natos ꝑ adā in
trauit eoſꝙ cōmaculauit ꝑ magiſtrū.xxx.
di.ij.ſen.⁊ ꝑ btm̄ Aug.in libro de baptiſ.ꝑ
uulorum.Non em̄ ſm animā:ſed ſm ſolaꝫ
carnē pctm̄ originale trahitur a parentibꝰ
Eſt enim pctm̄ originale ꝯcupiſcētia non ꝗ
dam actus:ſed vicium.ipa cōcupiſcētia eſt
lex mēbroꝝ vel carnis ꝗ morbidus effectꝰ
vel lāguor que cōmouet illicitum deſideri
um.i.carnalē cōcupiſcentiā:que lex pecca/
ti dꝛ que dicit̕ manere in carne nō ꝙ in aīa
ſit:ſed quia per corruptionē carnis in ani
ma ex vnione eius ad corpus.ſm Alber.in
iij.li.ſui cōpen.⁊ per magiſtrū.xxxi.diſt.ij.
ſen.de pe.di.iij.c.pigra.⁊.i.q.i.vulnerādo.
Ex quo patet ꝙ peccatum originale eſt in
carne ⁊ in anima.In carne materialiter et
originaliter:in anima vero formaliter tan
ꝗ in ſubiecto.Naꝫ ſola anima eſt ſuſcepti/



UVA. BHSC. IyR_242

bilis virtutis ⁊ vicij. Pro cuius vlteriori de-
claratione eſt notan. ꝙ peccatuꝫ originale
multis nominibus nūcupatur. vno modo
dicitur peccatum originale ſm quod com-
paratur ad ipm̄ hominē a quo ꝯtrahitur:
⁊ ſic eſt carentia debite iuſticie. Alio nomi
ne dicitur infirmitas inq̄tuꝫ reddit homi
nem impotentem ad reſiſtendum moribꝰ.
alio nomine vocatur feditas: quia per ipm̄
anima fedatur ſiue maculatur. alio nomi-
ne dicitur pronitas: q2 continuam inclina-
tionem habet ad malum. alio nomine dici
tur corruptio: q2 ducit ad nihiluꝫ. i. ad pec
catuꝫ. alio nomine dicitur vicium: q2 eſt di
minutio bonorum naturalium. alio nomi-
ne dicitur languor nature: q2 durat in na-
tura corrupta. alio nomine ſm ꝙ cōparat̄
ad corpus vocatur lex carnis: eo ꝙ lege di
uina carni ſit inflictum. alio nomine dicit̄
lex mēbrorū: quia mouet organa ad opa cō
cupiſcentie. alio nomine dicitur fomes: q2
ſicut cinis fouet ignem: ita per ipm̄ fouet̄
peccatum in carne ſm actū nutritiue ⁊ ge-
neratiue. Item alio modo dicitur ſtimulꝰ
carnis: quia ſtimulat carnē ad primos mo
tus ⁊ animam ad cōſenſum. alio modo ſm
ꝙ comparatur ad actus delectabiles dici
tur concupiſcentia que ſonat viciū in actu
prout eſt in adultis. Et alio modo dicitur
concupiſcitas que ſonat viciū in impoten-
tia ꝑut eſt in puulis: ſm Alber. in. iij. li. ſui
compē. ¶ Queritur quare deus plaſma
uit hominem quē ſciebat peccaturuꝫ. So
lu. plures ſunt cauſe. Prima fuit vt oſtēde
retur dei potentia qui ſolꝰ inuertibilis eſt
oīs aūt creatura vertibilis atq̄ mutabilis
eſt. Scd̄a cauſa vt oſtenderetur dei ſapiē-
tia qui ex malo ſcit bonuꝫ elicere. qd̄ tamē
fieri nō poſſet: niſi creaturam feciſſet ver-
tibilem. Tertia cauſa vt oſtenderetur dei
clementia: qua xp̄s per mortem ſuā homi-
nem perditum liberauit. Quarta cauſa vt
oſtēderetur dei iuſticia qui non ſolum bo-
nis dat premia: ſꝫ ⁊ malis ſupplicia. Quin
ta cauſa ne homo eſſet peioris conditiōis
q̄ alie creature quas ſicut deus diuiſit ſm
ſuos ꝓprios motus: ita ⁊ homo ſumet̄. ſcꝫ
ſm ſuum liberum arbitrium. Sexta cauſa
laus humana: q2 laus viri iuſti eſt ꝙ potu
it tranſgredi ⁊ nō eſt tranſgreſſus. Septi-
ma cauſa eſt exercitatio bonorū: q2 boni ꝑ
malos exercitant̄. ⁊ etiā oppoſita iuxta ſe
poſita magis eluceſcunt: ſm cōpen. theo.
¶ Queritur ſi adā comediſſet de ligno

vite ⁊ ſtetiſſet ī paradiſo an vixiſſet in eter
num. ⁊ videtur ꝙ ſic per illud Gen̄. iij. Ecce
adam factus eſt ſicut vnus ex nobis dixit
deus. nunc ergo eijcite eum foras ne forte
mittat manū ſuaꝫ ⁊ comedat de ligno vite
⁊ viuat in eternū. So. dicendū eſt ꝙ per il-
lud viuat in eternū nō intelligitur intermi
natio vite: ſed diuturnitas ſm Bon̄. ſuper
ij. ſen. Sequitur ſecunda pars in textu. Cū
baptiſaremur: vbi auctor docet remediuꝫ
pcti originalis purgatiuū nedum pcti ori-
ginalis: ſed cuiuſlibet pcti. d. ꝙ talis infe-
ctio que dicit̄ pctm̄ originale: nō tm̄ eſt pe-
na: ſed etiā culpa. Ipa em̄ culpa pcti origi-
nalis que macula eſt deletur in baptiſmo.
per magiſtrum di. iij. quarti. de ꝯſe. di. iiij.
c. ij. ⁊ iuxta litterā auctoris nō ſolum pctm̄
originale deletur in baptiſmo: imo omne
crimen perpetratū ſiue veniale ſiue mor-
tale. per mag. iiij. diſt. iiij. xxvij. di. c. deide
in. c. vt oſtēderet. ⁊ c. regenerāte. de conſe.
di. iiij. Cū dona baptiſmi ſint ſine luctu. de
conſe. di. iiij. c. ij. Pena tn̄ pcti originalis q̄
fomes ſiue peccandi ꝓnitas remanet poſt
baptiſmū. ¶ Pro cuius declaratione eſt
no. ꝙ in cōcupiſcētia ⁊ libidine ꝯcipit̄ caro
formanda in corpus prolis. vnde ipa caro
que cōcipitur in ipa cōcupiſcētia polluit̄ ⁊
corrūpitur ex cuius ꝯtactu ⁊ infectiōe ani
ma cū infunditur maculaꝫ trahit qua pol-
luitur ⁊ fit rea vicij concupiſcētie qd̄ eſt ori
ginale pctm̄. de conſe. di. iiij. c. firmiſſime. ⁊
c. ſequen. Ex quibus patet ꝙ perſona cor-
rūpit naturam ⁊ econuerſo natura corru-
pta corrūpit perſonam. Corruptio perſo-
ne eſt reatus mentis. corruptio vero natu
re eſt infectio carnis prout eſt principium
ad alterā carnē: quare apparet euidenter
ꝙ duplex pena conſequitur pctm̄ origina-
le. vna inq̄tū ꝑſonā inficit ſcꝫ carentiam vi
ſionis diuine: ⁊ iſta tollitur per baptiſmū
Alia pena eſt que naturā cōſequitur: ſicut
neceſſitas moriendi: rebellio carnis ad ſpi
rituꝫ ⁊ hmōi: que oīa ex principijs nature
cauſantur ⁊ totā ſpēm cōſequūtur. Et iſta
pena q̄tum ad motū concupiſcentie rema
net poſt baptiſmū quouſq̄ natura noſtra
ꝑfecte libertati reſtituatur. cōtra quā pe-
nā opꝫ nos q̄diu viuimꝰ pugnare: q2 nō ex
tinguitur cōcupiſcentia per grām cōem in
aliquo hoīe. ſm Alber. in ſuo cōpen. Notā
ter d2 ꝑ grām cōem ꝓpter beatā virginem
in qua fuit extinctio in cōceptione filij per
grām ſingularē: vt habet̄ ꝑ Alber. in. iij. li.

UVA. BHSC. IyR_242

ſui compen. ⁊ ꝑ beatum Aug. in lib. de grã ⁊ natura ⁊c. Qđ aũt vltima pena q̄ eſt natu-
re corruptio ſeu infectio carnis pro vt eſt principiuꝫ ad alterã carnẽ remaneat poſt baptiſmuꝫ poteſt oſtẽdi exẽplariter de iu-
deo circuncíſo qui generat filiũ cũ prepu-
tio ⁊ granũ nudum ſeminatũ ꝓcreat gra-
nũ cũ palea ⁊ hoc qꝛ homo nõ generat fili-
um ſm ꝙ creatus eſt in mẽte: ſed ſm ꝙ cor-
ruptus eſt in carne nec ſm ꝙ ſpũalis ſꝫ ſꝫ ꝙ carnalis. ſm Alber. in. iij. lib. ſui cõpen. ⁊ per magi. xxxi. di. ij. ſñiarum. Sequitꝛ illa pars textus. cũ peccantis vel cũ peccamus in id. vbi auctor oſtẽdit q̇d ſit pctm̃ veniale ⁊ quõ perpetratur di. ꝙ pctm̃ veniale ẽ vo-
luptas in creatura circa deũ vel amor vo-
luptatis. de quo dicit Augu. ꝙ hoĩem vſq̧ ad reatum ꝑpetue mortis non grauat pe-
nãtꝫ tñ meretur. ⁊ idem ꝑ magr̃m. xlij. diſt. ij. vt cum voluñtas hoĩs non fertur in aliud qđ repugnet ex contẽptu vel malicia amo-
ri dei ⁊ ꝓximi: ſꝫ ĩ aliđ aliq̃lr inordiatũ ſeu immoderatũ: vt in verbũ ocioſuꝫ ⁊ riſuꝫ ali-
qualiter ĩmoderatũ. ⁊ de iſta materia tra-
ctabitur in. c. de pctõ veniali. Sequitur in textu. Si tamen ordinet ⁊c. In iſta ꝑte au-
ctor oſtẽdit ꝙ aliqñ ex veniali fit ꝓgreſſus in mortale di. ꝙ ſi illa que videntꝛ ex ſuo ge-
nere eſſe venialia fiant praua intẽtione et in cõtẽptu dei merẽtur dici mortalia: vt cũ quis ridet cauſa adulteriũ faciẽdi: aut cuꝫ quis profert verbũ ocioſum ex cõtẽptu vel vt per ipm poſſit peruenire ad aliquẽ pra-
uũ actuꝫ ⁊c. Pro cuius vlteriori declaratio-
ne eſt no. ꝙ veniale quattuor modis dr̃ fie-
ri mortale ſm Alber. in. iij. ſui compẽ. Uno modo ex conſciẽtia: qꝛ quicq̇d fit cõtra con-
ſcientiã edificat ad gehennã etiã ſi ſit con-
tra cõſciam quia erroneã. Et hec eſt ratio: quia cũ in pctõ duo ſint: auerſio a creato-
re ⁊ cõuerſio ad creaturã penes primũ ꝑn-
cipaliter iudicatur pctm̃: qꝛ auerſio a deo eſt quaſi formale ⁊ cõuerſio ad creaturaꝫ materiale. Scđo modo veniale dicitꝛ mor-
tale ex cõplacentia. Unde Aug. Nullũ pec-
catum adeo veniale qđ nõ fiat mortale dũ placet: ⁊ hoc ꝓpter delectationem. Tertio modo ex diſpoſitione: quia per frequentẽ lapſum in venialia diſponitur hõ ad mor-
tale. ſm Alber. dicentẽ. peccatum veniale diſponit ad mortẽ. mortale infert morteꝫ: obſtinatio detinet in morte: ⁊ ſm hoc intel-
ligitur illud Grego. Uitaſti gaudia vite ne obruaris in arẽna. Naꝫ qui minima negli-
git paulatiꝫ diffinit ſicut deſinit illa. ignis fit maximus ignis niſi obijciatur in princi-
pio. Quarto mõ ex ꝓgreſſu qꝛ qñ inſurgit veniale ſi nõ ꝓhibetur poſſet ꝓgredi vſq̧ ad mortale nõ ꝙ ipm veniale in ſubſtãtia ſiue in ſpecie fiat mortale nec ꝯtrũ ad actũ nec ꝯtrũ ad maculã: qꝛ nulla res põt muta-
re ſpeciẽ ſuã. Pctm̃ aũt veniale ⁊ mortale ſunt diuerſe ſpecies. ſꝫ dr̃ ſm Alber. venia-
le mortale occaſionaliter ita ꝙ actus q̇ de-
beret dici de genere venialis dicitꝛ eẽ mor-
talis. Iſtud põt patere in primis motibus q̇ inter venialia cõputantꝛ: ſed qñ delecta-
tio cõualeſcit intm̃ ꝙ cõſenſus accidit iam pctm̃ eſt mortale ſm Alber. in. iij. li. ſui cõ-
pen. vnde ſm Bona. ꝯuis peccatum mor-
tale non fiat veniale nec ꝯtrum ad maculã nec ꝯtrum ad difformitatẽ tñ ꝯtrum ad rea-
tum põt: ptꝫ qꝛ aliquis qui prius obligatꝰ fuit ad mortẽ ſiue penã eternã poſt ꝑ diui-
nã miſericordiã obligatur ad penã tꝑaleꝫ licet tñ illa non ſit iſta. Sequitur in textu. Si tñ velle ⁊c. vbi auctor oſtẽdit quõ pctm̃ meretur dici mortale dicẽs ꝙ qñ voluntas peccãtis fertur in illud qđ de ſe repugnat dilectioni dei ⁊ ꝓximi tunc meretꝛ dici mor-
tale ſicut homicidiũ ⁊c. qꝛ ſic dicitur actus voluntarius. i. cũ deliberatione conſenſus ex imperio voluñtatis vt plenius dicetur in-
ferius cũ oſtendetur qñ ſeptem vicia dicũ-
tur eſſe mortalia ⁊ quando nõ. Sequitur in textu. Si tamen hoc ſiſtat ſine conſenſu rationis ⁊c. vbi dicit auctor in littera ꝙ ſi talis actus inordinatus non procedat ex conſenſu pleno ⁊ deliberato rationis ſꝫ ex motu ſenſualitatis: tunc non eſt mortale. Pro cuius vlteriori declaratione eſt notã-
dum ꝙ in ſtatu innocẽtie mouebatur ſen-
ſualitas ſm motum rationis: ideo ſtante homine non poterat in eo eſſe peccatum etiam veniale. nunc autem quia ſenſuali-
tas rationi repugnat: ideo per ꝑmos mo-
tus neceſſarie habemus committere pec-
catum veniale ſm Alber. in. iij. lib. ſui com-
pendij qui ab eodẽ ſic diffinitur. Primꝰ mo-
tus eſt qui nõ eſt motus ſenſualitatis: ſed impulſum fomitis impetuoſe tendens ad infectionem creature. Delectabilis em̃ eſt primus motus duplex. Primo primus: et ſecundo primus. primo primus eſt natu-
ralis. ſecundo primus eſt ſenſualitatis. Cum ergo loquimur de primis motibus ꝙ ſunt pctã intelligendum eſt de ſcđo pri-
mis; quia primo primus eſt naturalis; et



UVA. BHSC. IyR_242

extra genus mortis. qđ patet: qꝛ nõ ſequitur imaginationẽ: ſed naturaliũ qualitatũ actionem. ſcđo primi ſunt peccata: qꝛ ſunt motus inordinati in genere mortis. qđ patet: qꝛ tales ſunt ſenſualitatꝭ que ſubiacet dñio voluntatis: ideo qꝛ voluntas poterat prohibere ſunt pctã. non autẽ venialia: ſed mortalia: qꝛ voluntas habet cõpletum dominiũ ſuper ipſos motus: ſicut in illis actibus qui procedunt per imperiũ voluntatis. ſm Alber. in. iij. li. ſui cõpen. Voluntas eñ eſt principium motiuũ: ſicut habetur in. iij. de aĩa. Hinc eſt ꝙ ibi genꝰ mortis incipit vbi primũ dñium voluntatis inuenitur. hoc añt eſt in ſenſualitate ꝛc.

¶ Sequitur de peccatis mortalibus.

De careas vita ſemper
mortalia vita
Maxima peccata: qꝛ
ſic ſunt iure vocata.
Nam moriens vicio mortali perditur vno.
Cunctis mortale viciũ fit pniciale
Nam mentem maculat et ſacro
flamine priuat
Offendit dominũ ſpernendo vulnerat ipſum
Aufert ſplendorẽ domini necnõ
et amorem
Debilitat mentem totam faciẽs
et egentem
Annihilatq; bona que ſunt in crimine nata
Mortificat merita que contulerat bona vita
Interimens animam damnat finaliter ipſam.
Efficit ingratã vitã tollitq; beatã
Eternam plenam dat perpetuam
q; cathenam
Sunt tumor accidia gula luxuria
ſimul ira
Liuor auaricia bene ſunt mortalia dira
Nunc videas horum plures ſpecies viciorum.
Vt meliꝰ vere valeas pctãca uere

In iſto titulo auct. noſter determinat de peccatꝭ mortalibus diuidens ſuaꝫ litteram prima ſui diuiſiõe in duas partes. In prima pte determinat de peccatis mortalibus in generali. In ſcđa parte de vno quoq; eorũ in ſpãli. Prima pars hic: ſecunda ibi. Tu non ſis tumidus. cũ ſequẽtibus. Item prima in tres. naꝫ in prima pte facit quod dictum eſt. In ſecunda parte docet effectus peccati. In tertia parte enumerat ſpecies peccati mortalis. Prima in principio. ſecunda ibi. Cũctis mortale. tertia ibi. Sunt tumor accidia ꝛc. ¶ Quantũ ad primum notandum eſt ꝙ peccatũ mortale eſt dictum vel factum vel concupitum quod fit contra legem dei ſm Augu. ꝛ magi. xxxvi. diſt. ij. ſenten. Alio modo ſm beatum Aug. in li. de duabus animabus. Peccatum mortale eſt voluntasꝫ retinendi vel conſequendi quod iuſticia vetat. Nam peccatum ſine voluntate eſſe non poſſe veriſſimum eſt. ſm magiſtrum. xli. di. ij. ſenten. Iſte diffinitiões peccati ꝛ plures alie tradite fuerunt in principio declara. precedẽtis tituli. Iſta eniꝫ peccata mortalia dicũtur maxima: quia peccantem priuant maximo bono ꝛ in ipſis morienteꝫ eternis faciunt mancipari cruciatibus. Pro cuius vlteriori declaratione eſt notandum ꝙ vnuꝫ peccatuꝫ dicitur maius alio pluribus modis. Vno modo cauſalitate ſicut peccatuꝫ luciferi. Alio modo generaliter ſicut peccatum ade deformitate ſicut peccatum iude difficultate remittendi ſicut peccatum in ſpiritumſanctum. periculo ſicut peccatum ignorãtie. Inſeparabilitate ſicut peccatum cupiditatis. pronitate vt peccatum carnis offenſione ſicut peccatum ydolatrie. difficultate ſicut ſuperbia. mentis cecitate ſicut ira. ſm Alber. in libro. iij. ſui cõpen. ¶ Queritur vtrum peccatum ade fuerit maximũ. Pro quo eſt notãdũ ꝙ vnũ pctm̃ dicit maius alio extenſione: qꝛ pluribꝰ nocuit ſic pctm̃ ade fuit maximum. Si

UVA. BHSC. IyR_242

militer dr fuiſſe maximum ꝓpter ingrati tudinē: ſecūdo modo dr peccatū maximū; libidine. ſic peccatū dyaboli fuit maximū: quia appetijt aſſimilari creatori: ſm Bon. ſupra ſecundi ſen. Queritur quid appe tijt lucifer. Sol. ſm Greg. eſſe ſui iuris ap petijt. Bernar. dicit ꝙ appetijt equalitatē potentie. Et Augu. idem ⁊ ad illud yſa. xv. Aſcendā ad celum ⁊ ero ſimilis altiſſimo. Rńdetur cum diſt. tali. Quedam eſt ſimili tudo equiparantie: alia equalitatis: alia imitationis. Similitudo equiparātie nul lo modo poteſt ordinate appetiqꝫ nō pōt cadere in cognitionē ⁊ hanc dyabolus nō appetijt: quia ꝙ hanc appetit nō equalita tem ſed ſuam fictionem appetit. vñ Aug. Cum deus nō poſſit cogitari niſi ita ꝙ vel ei ſimile poſſit cogitari quomodo dyabo lus potuit velle quod non potuit cogitari ſimilitudo eq̄litatis eſt preſidentia in ali qua conditione ⁊ hāc appetijt dyabolus: quia appetijt preeſſe ⁊ nulli ſubeſſe quod eſt ſolius dei. Alia dicitur ſimilitudo imi tationis: ⁊ hec poteſt appeti aliquādo or dinate ⁊ aliquando inordinate. Ordinate quādo appetitur illud quod eſt noſtre ap petitionis: ⁊ diuine acceptationis: vt per fectiones ⁊ decores virtutum. Inordinate quando appetitur vindicta in iniurijs et preeſſe alijs ſine ſuis meritis ⁊ diuine ma ieſtatis acceptione ⁊ hanc appetijt dyabo lus. Et noteris ꝙ quando dicit aſcendam in celū ⁊c. non loquitur de celo empireo: qiua in ipo iam erat ſed de celo trinitatis ſm Bona. ¶ Queritur quis plus pecca uit vel adam vel eua. Solu. Dicendum eſt ꝙ in ingratitudine plus peccauit adaꝫ: qꝛ abundantiora bona ſuſceperat a deo. etiā plus peccauit occaſionaliter quia ſuū pec catum fuit cauſa tranſfuſiōis in poſteris Eua autem plus peccauit libidine volun tatis quia appetijt aſſimilari deo. Etiam quia ſuggeſſit viro ſuo: vt ederet de ligno vetito. qui nolens cōtriſtare delitias ſuas pomū momordit: ſed non comedit ſm Bo na. Sequitur in textu. Cūctis mortale ⁊c. vbi auctor noſter ponit effectus peccati mortalis di. ꝙ ml'ta mala facit homini ań mortē: in morte: ⁊ poſt mortē. Ań mortē na turalia vulnera vt ſignificat in illo ꝙ inci dit in latrones qui ſpoliauerunt eū ⁊ pla gis impoſitis abierunt ſemiuiuo relicto. Luc. x. Et magi. in princi. quarti. ſenten. ſ. in pꝛhemio. intellectum obſcurat in cogni tione veri per ipm. affectus in operatione boni tepeſcit. gratuita ſpoliat. Thre. ij. oc cidit omne quod pulchrum erat viſu in ta bernaculo filie ſyon: ⁊ alibi. Threñ. iiij. Diſ perſi ſunt lapides ſanctuarij ⁊ dirruptum eſt edificium. Super quo puncto dicit Al ber. in. iij. ſui compen. ꝙ ne bonum pereat illa bona opera que quis peccando morti ficat alijs ſaluādis dabuntur ſicut quādo corporali morte quis moritur fratres ⁊ ꝓ pinqui in bonis eius ſuccedunt. Animam maculat. Threñ. iiij. denigrata eſt ſup car bones facies eorum ⁊ non ſunt cogniti in plateis. Ad penā eternam obligat. Geñ. ij. ex omni ligno paradiſi comede. de ligno autē ſcientie boni ⁊ mali ne comedas: in quacūq; hora comederis ex eo morte mo rieris: ita ꝙ ſoli ade iſta fuerunt dicta. et ad Ro. vi. Stipēdia peccati mors: gr̄a aūt dei vita eterna in xpo ieſu dño nr̄o. Pecca tum cū cōſummatū fuerit generat mortē. Jaco. i. cōſcientiā amaram facit. Hiere. ij. Scito ⁊ vide ꝙ amarū eſt valde te reliq̄ſſe dñm deū tuū ⁊ nō eſſe timorē ei' apō te di cit dñs de' exercituū. Corp' ⁊ aīam occidit Eccl'. xxi. Dētes leonis dētes illi' interficiē tes aīas hoīm quaſi rūphea bis acuta ho minis iniq̄tas bis acuta ſm glo. qꝛ interfe cit corp' ⁊ aīam plage illi' nō eſt ſanitas. ¶ Ad alia peccata trahit. vñ Grego. pctm̄ qđ per penitentiā nō diluiť mox ſuo pon dere ad aliud trahit. Exempla habemus in Geñ. de cayn qui egreſſus in agrum oc cidit fratrem ſuum. Similiter de coruo ꝙ egreſſus archam interceptus eſt aq̄s ⁊ bi na egreſſa vt videt ⁊c. amiſit virginitatē. ⁊ Judas egreſſus cenaculum tradidit xpm ⁊ dauid poſt adulterium commiſit homi cidium. Et ſic patet ꝙ peccatum eſt pena peccati. Peccatū enim qđ in ſe eſt culpa dr ꝓceptis peccati pena. Et ita aliđ dr ſimul pena ⁊ culpa. Sed culpa dr rōne actiōis: pena ꝟo rōne paſſiōis: qꝛ culpa eſt id qđ facimus: pena ꝟo qđ patimur. Nā lꝫ oīs culpa ſit a nobis: non tñ oīs pena eſt a no bis: imo quedā eſt a nobis acta: quedaꝫ a deo inflicta: quedam a primis parētib' cōtracta. ⁊ quia cum q̄s facit qđ nō dꝫ iu ſtum eſt ꝙ patiatur quod debet. ideo om nis pena talis iuſta eſt ⁊ a diuina proui dentia. ꝙ autem vnum peccatum ex alio naſcatur apparet nā ſupbus qꝛ vult oēs ꝓ cedere dolet ſi aliq̄s eq̄tur ei. Et ſic ex ea naſcitur inuidia. Inuidus vero quia de ſa

UVA. BHSC. IyR_242

cili iraſcitur ei cui inuidet: ⁊ ex ea naſcitur
ira. Sed iracundus cum nonꝰ poteſt ſe vin
dicare triſtatur ideo ex ea naſcit̃ accidia.
Accidia vero cõſolationem querens facit
auariciam. Auaricia que in temporalibus
abũdat poteſt magis exercere gulam. Gu
la vero ꝓpter ventris repletionem de fa⸗
cili ſpumat in libidinez: ⁊ ita generat luxu
riam. Peccatum bona que fiunt infructuo
ſa reddit ⁊ q̃tum ad meritum ⁊ q̃tum ad
premium: ſicut ramus ab arbore preciſus
non profert fructum: ſed areſcit ⁊ habilita
tur ad incẽdium. de talibus dicitur Deut.
xxviij. Maledictus eris ingrediens ⁊ ma⸗
ledictus egrediẽs ⁊c̃. ſcꝫ eccl̃iam materia⸗
lem ad orandum: quia talium oratio non
eſt fructuoſa nec meritoria: imo dicit Au⸗
guſt. ꝙ ſi tales ſignent ſe cruce includunt
in ſe potuit dyabolũ q̃ excludũt q: iã ĩ eis
per effectũ habitat. Pctm̃ in hoĩem infer⸗
nũ facit: q: in pctõre ẽ ignis auaritie: fetor
luxurie: tenebre ignorãtie: vermis ꝯſcie: ſi
tis concupiſcentie: demones per effectum
⁊ hmõi vacuum tandem hominem relin⸗
quunt. Geñ. i. Terra autem erat inanis et
vacua ⁊ tenebre erant ſuper faciem abyſſi
⁊ merito: quia mundo adherentes ſuggũt
vbera arentia: eo ꝙ relinquunt fontẽ vite
⁊ venam aquarum viuentium dñam ⁊ tur
bidis paludibꝰ ſe ſatiant. Fallendo decipit
ſicut lignum putridũ de nocte lucens: ⁊ ſi⸗
cut eſca in hamo piſcem decipit. Stultum
hoĩem demonſtrat quia peccando q̇s onꝰ
ſibi comprimendo imponit ⁊ ligna ſupra
dorſum ſuum cremenda colligat ⁊ illi fuit
qui eum ꝓ ſeruitio torquebit. vnde Aug.
Stultum eſt in tali ſtatu viuere in quo q̇s

nõ audet mori: pctm̃ ſumme diſplicet deo
Sap̃. xi. Diligis dñe oĩa que ſunt ⁊ nihil
odiſti horum que feciſti: ⁊ cum ipſe non fe
cerit peccatum ſequitur ꝙ ipſum oderit.
Sententia poteſt haberi ex cap̃. ſequenti.
in lib. Sapi. dyabolo ſumme placet. Unde
Greg. aſſidua tentatione dyabolus tentat
vt ſaltim tedio vincat. Nihil enim poteſt
homini nocere niſi per peccatũ. Unde Gre
go. nulla nocebit aduerſitas ſi nulla domi
netur iniquitas. Amplius enim nõ poteſt
dyabolus nocere iuſto niſi ꝙ fabricabit ei
coronam eternam. Unde Bernar. Jocũdũ
dei iudiciũ quia ille ſuperbus malleator
neſciẽs nocere iuſtis coronas fabricat eter
nas omnes impugnando ⁊ omnibus ſuc⸗
cumbendo ſacro flamine priuat. Hieremi.
vltimo. Ue nobis quia peccauimus ꝓpter
ea meſtũ factum eſt cor noſtrum: ideo ob
tenebrati ſunt oculi noſtri propter mon⸗
tem ſyon quia diſperijt: et vulpes ambu⸗
lauerunt in eo aufert ſplendorem. Unde
Tho. primo ſtercora yrundinum excecaue
runt oculos eius. Et Auguſtinus oculis
egris odioſa eſt lux: mentem debilitat. Ju
dicum decimoſexto de ſanſone dicit. Si ra
ſum fuerit caput meum: recedet a me for
titudo mea: ⁊ deficiam: eroq; vt ceteri ho⸗
mines. Jn morte peccatum grauat homi⸗
nem quia priuatur ſolario viſibilium que
dilexit proprio corpore. Turbabitur pecca
tor quando in morte videbit concurſuz de
monum ad animam parentes vel alienos
ad res ſuas quibus vtebatur ad libitum
accurrere. Threno. primo. Omnes perſe⸗
cutores eius apprehenderunt eam inter
anguſtias: aperuerunt ſuper te os ſuum
inimici tui: ſibilauerunt ⁊ fremuerunt den
tibus ⁊ dixerunt deuorabimus: et iſta eſt
dies quam expectabamus. Threnorum ſe
cundo. Qui veſcebant̃ voluptuoſe interie⸗
runt in vijs et qui nutriebantur in croceis
amplexati ſunt ſtercora. Threnoruz tertio
Luctauerunt veſtigia noſtra in itinere pla
tearum noſtrarum. appropinquauit finis
noſter. completi ſunt dies noſtri: quia ve⸗
nit finis noſter velociores fuerunt perſe⸗
cutores noſtri aliquis celi ſuper montes
perſecuti ſunt nos in deſerto ĩſidiati ſunt
nobis. Threnoruz quarto. Jn morte enim
anima traditur punitioni. corpus vermiũ
corroſioni. diuitie vulpibus fore: vel qui⸗
bus homo non ſperat. Unde Eccleſia. deci
mo. Dum morietur homo hereditabit ſer
pentes beſtias ⁊ vermes. Unde Eccleſia.
ſecũdo. Deteſtatus ſuz oẽm induſtriã meã
qua ſub ſole ſtudioſe laboraui habiturus
poſt me heredẽ quẽ ignoro vtrũ ſapiẽs an
ſtultꝰ futurꝰ ſit. ⁊ dñabit̃ in laboribꝰ meis
q̇bꝰ deſudaui ⁊ ſollicitꝰ fui. ¶ Poſt mortez
pctm̃ p̄mit multipliciter. Naz peccator ex
opeꝝ denudatiõe magnã habebit ꝯfuſiõez
vñ Naũ. iij. Reuelabo pudẽda tua in facie
tua: ⁊ oſtẽdam gentibus nuditatẽ tuã ⁊ re
gnis ignominiã tuã ⁊c. Exprobrationẽ xp̃i
audiet in iudicio. d. Eſuriui ⁊ non dediſtis
mihi manducare. ſitiui et non dediſtis
mihi potum. Hoſpes eram et non colle⸗
giſtis me. nudus et non cooperuiſtis me
Diſcedite a me maledicti ⁊c. Math. xxv.
Requie et luce priuabitur. Mathei. xxij.

UVA. BHSC. IyR_242

Ligatis pedibus ⁊ manibus mittite eum
in tenebras exteriores: ibi erit fletus et
ſtridor dentium. Suffragijs eccleſie non
gaudebit. Iſaye vltimo. Uermis eorũ nõ
morietur: ⁊ ignis non extinguetur. ⁊ erunt
vſq; ad ſatietatem viſionis omnis carnis.
A deo et electis omnibus ſeparabuntur.
Math. xxv. Diſcedite a me ⁊c. Ire maledi-
cti in ignem eternum qui paratus eſt dya-
bolo ⁊ angelis eius. A ſtatu penitendi ceci-
dit. Unde Hiere. viij. Tranſijt eſtas: finita
eſt meſſis ⁊ nos ſaluati nõ ſumus. Et Eſa.
xxxij. Conſummata eſt enim vindemia. col-
lectio vltra non veniet. obſtupeſcite ⁊ con-
turbamini confitentes opulentijs: accingi-
te lumbos veſtros plangite ſuper regiõe
deſiderabili. Omnis ſpes miſericordie pre-
ſcinditur. Eſa. xxx. Non inuenietur in fra-
gmentis eius teſta in qua portetur igni-
culus. charitatis ſupple de incendio au-
tem hauriatur parum aque de fouea ſcili-
cet diuine miſericordie ſupple. Peccatum
penitenti nocet. primo quia gloriam pri-
me innocentie nunq̃ recuperabit ſicut cor-
rupta nunq̃ virginitatem poteſt recupe-
rare. patet multis exemplis. nam poſt ſa-
nationem vulneris ſemper remanet cica-
trix. Item ſymon quem dominus a lepra
mundauit poſt emũdationẽ tamen ſemp
vocabatur ſymon leproſus. Item pecca-
tũ dimiſſum in confeſſione etiam obligat
ad penam temporalem. Unde Mathei.
xviij. Iratus dominus eius tradidit eum
tortoribus quoaduſq; redderet vniuer-
ſum debitum: aliter enim regnum celorũ
non intrabit donec lignum fenum ⁊ ſtipu-
lam id eſt penam peccatorum que in pre-
ſenti ſoluta non eſt adimpleuerit. Ex quo
patet ꝙ a gloria retardat: quod figuratũ
eſt in abſalon qui poſtq̃ recõciliatus fuit
patri ſuo dauid: tamen manſit duobus an-
nis ꝙ faciem eius nõ vidit. ij. Regum. xiiij.
Tandiu enim retardatur a gloria ſeu a vi-
ſione beatifica q̃diu aliqua extat macula
purgãda. Sequitur in textu. Sunt tumor
accidia ⁊c. Que eſt finalis pars premiſſe
diuiſionis. In qua auctor enumerat ſpe-
cies peccati dicens ꝙ ſunt iſte que ſequun-
tur. tumor id eſt ſuperbia: accidia: gula: lu-
xuria: ira: liuor. i. inuidia: ⁊ auaricia. Que
quidem ſpecies poſſunt comprehendi per
litteras iſtius dictionis. Saligia ⁊c. ¶ Pro
quo eſt notandum ꝙ peccatorum actuali-
um ſm Albertum in tertio libro ſui com-
pendij vnum eſt initium ſcilicet ſuperbia
vñ Eccl. x. Initium omnis peccati ſuper-
bia. Duplex radix ſcilicet tumor male hu-
milians ⁊ amor male attendans. Triplex
fomentum ſcilicet tria que ſunt in mundo
concupiſcentia carnis: concupiſcentia ocu-
lorum ⁊ ſuperbia vite. Septiforme caput
ſcilicet ſuperbia: auaricia: ⁊ alie ſpecies:
de quibus ſupra dictum eſt. ¶ Peccatum
enim initiatur in cognitiõe: creſcit in dele-
ctatione: ⁊ perficitur in cõſenſu ſm Alber-
tum in ſuo compendio: ⁊ ſm gloſam beati
Auguſtini ſuper illud Mathei quarto.
Ductus eſt ieſus in deſertum. diuiſiones
peccatorum in deum in ſeipſum ⁊ ꝓximũ
dimitto cauſa breuitatis: de quib⁹ videat
qui voluerit in tertio libro compendiorũ
Alber. Sed quia auctor noſter dicit in lit-
tera: annihilatq; bona que ſunt in crimi-
ne nata. ¶ Queritur vtrũ opera in pec-
cato mortali facta ſint meritoria. Reſpon-
detur ꝙ non ſunt ſm Bonauenturã. Mor-
tua ſemper erũt que mortua nata fuerſit
id eſt facta in peccato mortali. ⁊ cauſa eſt
quia ſi opera extra charitatẽ facta eſſent
meritoria: tunc aliqui ſine charitate poſ-
ſent mereri vitam eternam quod eſt ab-
ſurdum ſm beatum Thomam. xiiij. diſtin-
ctio. quarti. ⁊ de peniten. diſtinctio. i. c. om-
nis. Prius enim reſpexit deus ad Abel q̃
ad munera eius. Gene. iiij. Et cauſa quare
talia opera que fiunt in peccato mortali
ſemper remanẽt mortua eſt: quia nõ ſunt
a charitate elicita: ⁊ ideo cauſa mortis ab
eis non tollitur per penitentiam ſm bea-
tum Thomam diſtinctione preallegata.
Ualent tamen talia opera extra charita-
tem facta ſi fiant bona intentione ad tem-
poralium multiplicationem. Iſaie primo.
Si volueritis ⁊ audieritis me bona terre
comedetis ad diſpoſitionem: ad gratiam
ad bonorum aſſuetudinem de penitentia
diſtinctione. iij. capitulo cauendum.

¶ Queriter vtrũ penitẽtia reſtituat ho-
mini bona opera que mortificata ſunt per
culpam. Solutio. Dicendũ eſt opera prius
viua non moriuntur per ſe: ſ; moriũtur ꝑ
accidens. Et ideo remoto illo accidente vi-
uificari dicuntur ſm beatũ Tho. xiiij. diſt.
iiij. ſententiaꝝ. Pro cuius vlteriori decla-
ratione eſt notandum ꝙ opera hominis
triplici modo ſe habent. Nam quedam di-
cuntur viua: ⁊ ſunt illa que hominem ad
vitam eternam perducere poſſunt. illa

UVA. BHSC. IyR_242

autē opera dicunt̄ mortua que hoc faciēdi poteſtatem non habent. illa autem dicunt̄ mortificata que hāc poteſtatem amiſerūt cum prius eam habuerint. que licet tranſeant actu manēt tamen q̄tum ad meritū in dei acceptione ⁊ remoto ꝓhibente ſcꝫ peccato mortali reuiuiſcunt ꝛc. De iſta materia tractabo pleniꝰ in. c. de ſuffragijs ꝛc. Breuiter bona opa q̄diu ſunt cōiūcta radici merendi dicuntur viuere: quando ab illa ſeparantur dicūtur mortuaq̄ñ reuertuntur dicūtur viuificari: qꝛ redeunt ad statū ſue originis videlicet charitatis.

¶ Sequitur de peccato ſuperbie.

Tu nō ſis tumidꝰ verbis nec corde ſupbus
Nec ſis elatꝰ factis ſi vis fore gratus.
Cū bona quis credit ex ſe vel meritis habere.
Uel falſe tribuit ſibi quo ſe credit egere.
Aut alios ſpernit plus credens ſeq̄ȝ valere.
Quattuor his rebus quis dicit̄ eſſe ſuperbus.
Spernit obedire tumidus vult obuius ire.
Uult apparere melior male cepta tenere. Cūctis preferre ſe vult ſua magna referre.
Nunq̄ rācores dimittit ⁊ ambit honores.
Nulla moleſta pati ſcit geſtus eſt variari.
Quātūcunq̄ȝ bonus fueris eſſendo ſuperbus.
Totum deprauat te ſola ſuperbia damnat.
Sis ſimplex humilis ne damneris quaſi vilis.
Nam deus exaltat humiles: tumidos pede calcat.

In iſto capitło auctor noſter determinat de peccato ſuperbie diuidens iſtam litteram in tres partes. In p̄ma ꝑponit intentuȝ. In ſecunda ꝓſequitur de ſpeciebus ſuperbie. In tertia docet remediū cōtra ſuperbiam. Prima in principio. ſecūda ibi. Cum bona ꝛc. tertia ibi. Sis ſimplex humilis. Alie particule patebunt legendo litteram. ¶ Quantum ad primum eſt notandum q̄ ſuperbia eſt ꝓprie ſiue peruerſe celſitudinis appetitus ſ̄m beatum Auguſti. in lib. de vicijs ⁊ v̄tutibus. ⁊ ſ̄m Alb. in ſuo compendio. ⁊ cōmittitur verbo corde ⁊ opere. iuxta eundem. ⁊ ac. in littera in duobꝰ primis metris. Tu nō ſis tumidus ꝛc. Superbus enim ſuperioribus inuidet quia illis non equatur. Inferioribus inuidet ne ei adequētur. paribus inuidet: qꝛ ei equantur ſ̄m Augu. loco preallegato ⁊ ſ̄m Alber. Supbia enim initiū eſt oīs pcti Eccl. x. ⁊ h̄ triplici de cā. p̄ma qꝛ in oī pctō inuenit̄ contēptus dei qui eſt quedā cauſa peccati. ⁊ talis contemptus eſt auerſio a creatore que in om̄i peccato eſt vbi preponitur donum commutabile dono incōmutabili. talis enim contemptus procedit ex ſuperbia. ſecunda cauſa quare dicitur initium omnis peccati eſt quia fuit principiū peccatorum hoc em̄ peccato peccauit dyabolus in locū ⁊ primus homo in paradiſo terreſtri. tertia cauſa quare dicitur initiū omnis peccati eſt: quia ex eo naſcuntur omnia vicia ſ̄m prius ⁊ poſterius id eſt mediate vel immediate. Sequitur cū bona quis credit: vbi auctor noſter enumerat quattuor ſpecies ſuperbie cui concordant Magi. ſententiarum diſtinctio. xlij. ⁊ Grego. xxxiiij. moralium. Quarum p̄ma eſt quando aliquis creedit bona que habet a ſeipſo habere. de qua Johan. xi. vir vanus erigitur in ſuperbiam. ⁊ quaſi pullum onagri liberum ſe natum putat. Et prime ad Corinth. iiij. Quid habes quod non accepiſti. Secūda ſpecies eſt quando credit a deo collata ſed ſuis meritis. de q̄ Luc. xvij. Cum feceritis oīa que p̄cepta ſūt vobis dicite ſui inutiles ſumꝰ qꝛ ꝓpriā vtilitatē ſimiliter in hoc fecimꝰ ⁊ nō vtilitateȝ dei qm̄ bonoꝝ noſtroꝝ nō eget. Dauid in p̄s. xv. ⁊ Job. xxij. Quid prodeſt deo ſi iu-

UVA. BHSC. IyR_242

ſtus fueris aut quid confers ei ſi immacu
lata fuerit vita tua. Tertia ſpecies eſt qñ
quis iactat ſe habere quod non habet. de
qua Iſa.v. Ue qui ſapiētes eſtis in oculis
veſtris: ⁊ coram vobiſmetipſis prudentes
Quarta ſpēs eſt qñ quis ceteris ſpretis
ſingulariter vult videri. de qua habetur.i.
Reg.xv. de ſaule ꝙ cū eſſet humilis in ocu
lis dñi fuit conſtitutus caput in iſrael: ⁊ ꝑ
ſuperbiā poſtea deiectus eſt a regno. Iſte
quattuor ſpecies patēt in iſto verſu. Ex ſe
ꝑ meritis falſe plus oībus inſtat. Super
bia eñ aliquando oritur ex bonis nature
que ſunt duplicia. nam quedam ſunt aīe
vt rectitudo ingenij ⁊ velocitas. bonitas
memorie. poteſtas tolerandi exercitium
ſpūale. naturalis diſpoſitio ad virtutes ⁊
ad alios habitus ⁊c. Quedam ſunt corpis
vt ſanitas: pulchritudo: fortitudo: agilitas
nobilitas: libertas: formoſitas: ⁊c. Aliquā
do oritur ſuperbia ex bonis gratie q̄ ſunt
ſcientie virtutes ⁊ ſimilia. aliquādo oritur
ex bonis fortune: que ſunt bona exteriora
vt diuitie: delitie: dignitates: amicorum co
pia ⁊ ſimilia. Superbie enim reperiuntur
duodecim gradus ſm Bern. ⁊ Alb. in ſuo
compen. Primus poteſt dici incurioſitas
correctionis. Secundus mentis lenitas.
Tertius inepta leticia. Quartus iactantia
Quintus ſingularitas. Sextus arrogātia
Septimus preſumptio. Octauus peccato
rum defenſio. Nonus ſimulata confeſſio.
Decimus rebellio. Undecimꝰ libertas pec
candi vt ſi q̄s perficiat illicita ſine aliqua
dubitatiōe. Duodecimus conſuetudo pec-
candi: vt qui carnalium deſideriorum vo-
ragine circūuolutus rationis limites trā-
ſcendens diuini timoris oblitus dicat in
corde ſuo ſeu operetur quicquid ſenſuali-
tas ſuadet ſine rōnis freno. Sub alijs noī
bus poſſunt addi alie ſpecies ſcꝫ honoris
ambitio. Alioꝝ crudelis dñatio. Alioꝝ de-
riſio. falſi cōfirmatio. irarū cōmotio. alio
rum ſuppeditatio. Rigida deambulatio.
hereſis inobedientia. vana gloria. irreue-
reutia ⁊ hipocriſis. Superbia eñ facit he
reticum: non ignorantia ſm Hier. dyabo-
lus eñ eſt quaſi coruus qui primo currit
ad oculum cadaueris: id eſt ad fidem ho-
minis. Fides eñ eſt dexter oculus anime
quem ſi dyabolus eruerit homini: ipſum
inutilem reddit ad pugnā. Nam fides eſt
fundamentum totius edificij ſpiritualis
quo deſtructo ſcit dyabolus ꝙ non eſt loc-
ꝓpiciatiōis. Quiſq̄s eñ extra fidē eſt gla
diū ire dei hꝫ ſupra ſe euaginatū.i.Joh.v.
⁊ alibi. Qui incredulꝰ eſt filio non videbit
vitā: ſed ira dei manebit ſup eūꝫ Johā.iij.
Pro quo eſt notādū ꝙ hereſis eſt falſa opi
nio in fide catholica ⁊ hereticꝰ eſt ille q̄ fal
ſā opinionē gignit in fide. in glo. ſup illō.
i.ad Thimo.vi. Si q̄s aliť docet ⁊ nō acq̄e-
ſcit ſanis ſermonibus dñi ieſu xp̄i vel q̄ ſa
crā ſcripturā aliter interp̄tať ꝙ ſpūſſanctꝰ
ſlagitet. in.c. hereſis. ⁊.c. hereticꝰ.xxiiij.q.
iij. In hac eñ heretica prauitate plures re
periunť errores: puta diuinatiōes qñ q̄s
ſibi vel diabolo attribuit illa q̄ debēt deo
attribui vt faciūt illi q̄ preſumūt p̄dicere
futura. reuelare occulta q̄ deo debēt attri
bui. Quaꝝ diuinationū ſunt p̄les ſpēs: py
romātia: acrimātia: ydromātia: geomātia
ornimātia: pedomātia: nigromātia: phito
nitia vbi ſpūs malignꝰ loquiť: auguriū: ſor
tilegiū: oriſpiciū: auriſpiciū: ſeu ariolū cy-
nomātia: vaticiniū apparitorū: vbi demo
nes apparent: incantatio. alia ſunt ſortile
gia q̄ fiūt circa ſternutatiōes: ſomnia: ⁊ in
debitā applicationē ſacre ſcripture. q̄ oīa
ſunt ꝓhibita ſm Ra. in ſua ſum. ⁊ Leuiť.
xix. ⁊.xx. ⁊ Deuť.xviij. vbi dr. Ne declinaue
ris ad magos nec ab ariolis aliquid ſciſci
tare ⁊c. Et.xxij.q.vij. quid in oībꝰ. ⁊ Deuť.
xiij. vbi diciť ſi ſurrexit in medio tui ꝓphe
ta aut qui ſomniū vidiſſe ſe dicat ⁊ p̄dixe-
rit ſignū atq̄ portentū: ⁊ euenerit qđ locu
tus ē ⁊ dixerit tibi eamꝰ ⁊ ſequamur deos
alienos quos ignoras ⁊ ſeruiamꝰ eis: non
audias v̄ba ꝓphete illiꝰ aut ſomniatoris:
qꝛ tentat vos dñs deꝰ veſter: vt palā ſciat
vtrū diligatis eū an nō. in toto corde ⁊ in
tota aīa veſtra dñm deū veſtrū ſequimini
⁊ ipm̄ timete. mādata illius cuſtodite ⁊ au
dite voce eius: ipſi ſeruietis ⁊ ipſi adhere
bitis: ꝓpheta aūt ille aut fictor ſomniorū
interficietť: qꝛ locutꝰ eſt vt vos auerteret a
dño deo veſtro. Et ſequiť in eodē capitulo
Lapidibus obrutus necabitur. Tamē hic
eſt notandū ꝙ ſm btm̄ Aug. ſors in ſui na
tura nō eſt aliquid malitꝰ ꝓhibetť: qꝛ pro
pter aſſiduitatem poſſet quis labi in ido-
latriam. tamen ſi eſſet controuerſia ſuper
electiōe poſſet licite ſorte dirimi. vt i Ma
thia. in.c. quia propter. de elec. De ſomnis de ſōnis
enim eſt notandū ꝙ in veritate obſeruan
da non ſunt. Eccľ.xxxiiij. Somnia extollūt
imprudentem. Et in eodem. multos enim
errare fecerunt ſomnia ⁊ exciderunt ſpe-

UVA. BHSC. IyR_242

rantes in illis. Eccl. v. vbi multa ſunt ſomnia multe ſunt vanitates. Pro iſtorum vlteriori declaratione eſt ſubdēdum ꝙ imaginationes ſomniorum ſm Gregorium in ſuo dyalogo fiunt ſex modis. Uno modo plenitudine ventris. Secūdo modo vētris ⁊ capitis exinanitione. Iſta patent ꝑ experientiam. Tertio modo demonis illuſiōe: vt p̄miſſum eſt in eccleſiaſtico. Quarto mō dei reuelatione ſeu ſupernorum. iuxta illud Mathei ſecundo Apparuit angelus in ſomnis Joſeph ⁊c. Johannis triceſimotertio Per ſomnium in viſione nocturna quando irruit ſopor ſuper homines tunc aperit aures eorum erudiēs eos inſtruit diſciplina vt auertat hominē ab his que fecit. Et Geñ. viceſimo De ſomnio Joſeph ⁊c. Quinto modo cogitatione ⁊ illuſione. Sexto modo cogitatione ⁊ reuelatione inſimul vt habetur Dañ. vij. De ſtatua quam vidit in cubili ſuo Nabuchodonoſor rex babylonie per ſomnium ⁊c.

¶ Sed queritur quomodo eueniūt frequenter que diuinatores predicūt ex quo fides eis adhibenda non eſt. Auguſtinus reſpondet ꝙ hoc fit dei permiſſione vt ꝓbetur qualem fidem homines habeāt ad deum. Ad hoc concordat illud quod dictū eſt ſupra. Deut. xiij. De obſeruatione autē temporis dūmodo fiat naturaliter nō eſt diuinatio: vt agricole obſeruant tempus ſeminandi vindemiandi ⁊c. ſm Augu. Alia ſpecies ſuperbie eſt irreuerentia. ſ. quādo quis non exhibet reuerentiā deo. Unde Eccl. xxxv. Bono corde gloriam redde deo: ⁊ parentibus carnalibus. Exo. viceſimo ⁊ viceſimoprimo capitulo Deutero. quinto capitulo. Honora patrem tuū ⁊ matrē tuam ſicut precepit dñs deus tuus. Nam quicūꝙ maledixerit patri ſuo ⁊ matri moriatur morte. Leuit. xx. Honora patrē tuū vt ſuperueniat tibi benedictio a deo ⁊ bñdictio eius in nouiſſimo manet. Nam qui timet dñm honorat parentes: ⁊ quaſi dñis ſeruiet his qui ſe generauerunt in omni opere ⁊ ſmone ⁊ in oīm patientia. Eccl. iij. ca. ⁊ eodē. c. vij. Similiter irreuerentia notatur erga patres ſpūales. ad Heb. vlti. Obedite prepoſitis veſtris ipſi eñ peruigilant quaſi rōnem ꝓ animabus veſtris reddituri. ⁊ Eccl. vij. In tota aīa tua time dñm ⁊ ſacerdotes ei⁹ honorifica. Etiā reuerētia eſt exhibēda hoibus alijs puta dñis tēporalibus ⁊c. Unde. i. Pet. ij. Obediētes eſtote dñis veſtris: non ſolum diſcretis: ſꝫ etiam diſcholis: omnes honorate ⁊ omni creature ſubiecti eſtote ꝓpter deum. Alia ſpecies ſuperbie eſt inobedientia. vnde in Eccl. Uincula obediētie alligature ſalutares: tranſgreſſio vero precepti ſiue inobedientia ſtrāgulatio eſt. vnde Aug. in gene. ſuper tertium capitulum. ſi illi qui iam in paradiſo erant ꝓpter inobedientiā inde eiecti ſunt quō credūt ſe eſſe ingreſſuros paradiſum qui inobedientes ſunt mandatis altiſſimi. Qui eñ cuſtodit mandatū cuſtodit aīaꝫ ſuā. qui aūt negligit vias ſuas mortificabit. Prouerb. xx. Qui eñ timent deum cuſtodiunt mandata eius. ⁊ patientiam habebunt vſꝙ ad inſpectionem illi⁹: dicentes. ſi penitentiā non egerim⁹ incidemus in manus dei⁹ ⁊ non in manus hoīm Eccl. ij. Per inobediētiam eñ primoꝝ parentum oēs mortui adiudicati ſumus. Potius eñ deberemus timere inobediētiam ꝙ mortē. exēplo filij dei. de quo Bern. Mementote fratres: xp̄s ne perderet obediētiam ꝑdidit vitā. Ideo nō dabit inobediēti copiam ſui tātus obediētie amator qui maluit mori ꝙ non obedire. his eñ inobediētibus infert dñs multas maledictiōes Deut. xxviij. Inſuper: contēptus ſententie paſtoris eſt magna inobedientia: de qua habetur. xi. q. iij. c. Nemo contēnat vincula eccleſiaſtica. nā nō hō. eſt qui ligat: ſꝫ xp̄s. Sed qꝛ de illa materia eſt textus inferius ideo hic ſuperſedeo ⁊c. Alia ſpecies ſuperbie eſt inanis gloria que duplex eſt: quando aliquis gloriatur in malicia. Unde ps. Quid gloriaris in malicia qui potens es in iniquitate. Alia eſt humana que eſt duplex. carnalis que eſt mūdanoꝝ puta diuitiarum ⁊c. Alia ſpiritualis que eſt gloria hypocritarum ſm Augu. in lib. de vicijs ⁊ v̄tutib⁹. ſm enim Alber. in ſuo cōpendio. Inanis glorie ſeptem ſunt ſpecies. ⁊ ſimiliter. ſm Greg. Prima eſt inobedientia. naꝫ vaniglorioſus in nullo vult videri inferior quod fieret ſi faceret mādatum. Secūda eſt contemptio: quia vult vincere cum clamore ⁊ ꝓpter hoc apparere. Tertia eſt iactantia: quia quis enumerat bona ſua vt laudabilis appareat. Quarta eſt hypocriſis. cuius ſm Augu. ſunt tres filie. Prima quādo aliquis coram hominibus ſimulat ſe obedire deo: ⁊ in occulto non timet deū offendere. Secunda eſt quādo in occulto ⁊ in aperto opera bona facit ſed nō bene:

UVA. BHSC. IyR_242

quia finis eſt:vt ſanctus ab hominibus vi
deatur. Tertia eſt quando aliquis minorē
hypocriſim relinquit vt in maiori ꝑmane/
at hypocriſi:vt ſi quis interrogatus an ie/
iunet:reſpondeat deus ſcit:vt dicatur nō
eſſe hypocrita. Hypocrita enim ſymia eſt
dyaboli fingens imitari filios dei faciens
ab eius iugulationem ſicut ſymia que vi/
dit barbitonſorem radentem ⁊ cepit raſo/
rem ⁊ fingens facere ſicut barbitonſor iu/
gulauit ſeipſam. Eccl'.i. Ne fueris hypocri
ta in conſpectu hominum ⁊ nō ſcandaliza/
ueris labijs tuis. opera enim hypocritarū
alijs per bonum exemplum ꝓficiunt ſibi
vero nocent. ¶ Similes enim candelis q̄
prebent lumen alijs ⁊ ſeipſas conſumunt.
Math.vi. Ipſi enim quotidianis cruciati
bus cruciatum merentur eternum. Hypo
crita enim eſt lupus pelle ouina indutus.
Math.vij. Attendite a falſis ꝓphetis qui
veniunt ad vos in veſtimentis ouium: in/
trinſecus autem ſunt lupi rapaces a fru/
ctibꝰ eorū cognoſcetis eos. Tales enī hypo
crite niſi eos penituerit eterne dānationi
deputati ſunt. Job.xiij. Non veniet in con/
ſpectu eius hypocrita. ¶ Quinta ſpecies
inanis glorie eſt pertinacitas qua quis fa
ctum ſuum malum vel dictum defendit ne
erraſſe videat̃. ¶ Sexta ſpecies eſt diſcor/
dia qua quis contra omne dictum ſumit
ſeu aſſumit contrarium ꝓpter vanam glo
riam. Alia eſt nouitatum preſumptio qua
quis noua vl' dicit vel inuenit vt laudetur
ab hominibus. Unde licet tam in ſuperbia
ꝙ inani gloria ſit appetitus ꝓprie excellē/
tie immoderatus tamen differenti modo
quoniam ſupbus apparet ſibi magnus
intra. ⁊ vanigloriosus appetit in ore aliorū
apparere per laudem ad extra ſm Alber=
tum in ſuo compendio. Ex ſuperbia enim
procedit veſtimentorum exceſſus. de quo
Eccl'.xi. In veſtitu ne glorieris: nec in die
honoris tui extollaris: quoniā mirabilia
opera altiſſimi ſolius. ¶ Pro quo eſt notā
dum ꝙ ille qui gloriatur de veſte ſimilis
eſt furi glorianti de cauterio. patet: quia
ꝓpter trāſgreſſionē primorum parentum
introductus eſt veſtiū vſus. Gen.iij. Cūqꝫ
cognouiſſent ſe eſſe nudos conſuerunt fo/
lia ficus ⁊ fecerunt ſibi perizomata. ſuper
quo Auguſti. Quis enim latronem non ir/
rideret ſi videret eum gloriari de ſigno ſi
bi facto pro latrocinio ſuo quod in facie
ſua portat. Illud enī ſignū eſt nobis repre

ſentatiuum peccati primorum parentum
cuiꝰ infectiōe oēs inficimur: cuiꝰ cōſidera/
tione deberemus potius lugere ⁊ lachry/
mari ꝙ gloriari. Tales enim qui ſic ſe exte
rius ornant ſimiles ſunt ſepulchris deal/
batis que exterius apparent hominibus
precioſa: intus vero ſunt plena oſſibꝰ mor
tuorum. Corpus enim peccatoris anime
mortue ſepulchrū eſt ſm beatum Augu.
vnde Math.xxiij. Ue vobis ſcribe ⁊ pha/
riſei ⁊ hypocrite q̄ ſimilis eſtis ſepulchris
dealbatis que a foris apparent hominibꝰ
precioſa: intus vero ſunt plena oſſibꝰ mor
tuorum. i. operibus mortuis ⁊ omni ſpur/
cicia. De hoc habemus quoddā exemplū
de quodam rege nuncupato balaam qui
exiens a curia ſua obuiauit duobꝰ homi/
nibus habentibꝰ veſtes ſordidas. Iſti enī
homines facie pallidi ⁊ vltra modū macil
lenti erant quos cū vidiſſet rex ei obuiaſ/
ſe amplexatus eſt eos nimiū gauiſus eo
peccatum ſuum coꝛreptum deo non reco-
gnouit: ⁊ talis confeſſio que fit deo per re
cognitionem peccati eſt de iure naturali.
Nunc autem loquitur de confeſſione que
fit homini que eſt de iure diuino. Ad ſecū-
dam dicēdū eſt. ꝙ Job loquitur de illa ab-
ſconſione peccati quam facit in iudicio de-
pꝛehenſus peccatū negando aut excuſan-
do: vt in gloſa ibidē haberi poteſt. ¶ Que
ritur vtrũ omnes teneantur ad confeſſio
nem: ⁊ videtur pꝛimo ꝙ non: quia Hiero.
dicit ⁊ ita eſt per omnes doctoꝛes ꝙ peni
tentia eſt ſecunda tabula poſt naufragiũ
ſed aliqui poſt baptiſmū naufragium nō
ſunt paſſi. ergo eis non competit peniten-
tia ⁊ ſic nec confeſſio que eſt pars peniten
tie vt viſum fuit ſuperius. Secundo ſic. ali
quis eſt qui non habet peccata venialia. ſꝫ
de illis non tenetur homo confiteri: ergo
non omnes tenentur ad confeſſionem. Jn
oppoſitum arguitur ſic. Confeſſio diuidi-
tur contra contritionem ⁊ ſatiſfactionem.
ſed omnes tenentur ad contritionem ⁊ ſa-
tiſfactionem. ergo omnes tenentur ad cō-
feſſionem. Pꝛo ſolutione iſtius dubij dicit
ſanctus Tho. diſtin. xvij. iiij. ꝙ ad confeſſio
nem tenemur. Uno modo ex iure diuino:
hoc ipſo ꝙ eſt medicina ⁊ ſm hoc non oēs
tenemur ad confeſſionem: ſed illi tantum
qui peccatum moꝛtale cōmiſerunt poſt ba
ptiſmum. alio modo tenemur ex pꝛecepto
iuris poſitiui ⁊ ſic quilibet poſtꝙ ad ãnos
diſcretionis peruenerit ſaltē ſemel in ãno
confiteatur omnia peccata ſua ⁊ ſuſcipiat
reuerenter in paſcha euchariſtie ſacramē
tum niſi foꝛte de cōſilio ſui ſacerdotis ob
aliquam cauſã rationabilem ad tempus
ab eius perceptione abſtineat. Alioquin ⁊
viuens ab ingreſſu eccleſie arceatur ⁊ moꝛ
tuus chꝛiſtiana careat ſepultura. de peni.
et remiſ. c. omnis vtriuſꝗ ſexus. Et ex inſti
tutione eccleſie edita in concilio generali
ſub Jnnocen. iij. Tamen vt quilibet ſe pec-
catoꝛem recognoſcat: quia omnes ſumus
peccatoꝛes ⁊ egemus gratia dei. tamen vt
cum maioꝛi reuerentia ad euchariſtiam
vnuſquiſꝗ accedat. tum vt eoꝛum rectoꝛi-
bus ſui ſubditi innoteſcant. de quoꝝ ani-
mabus reddituri ſunt rationem. ad Heb.
vlti. glo. ſuper illud. dum ad annos diſcre-
tionis peruenerint: id eſt dum fuerint do-
li capaces. Et dicuntur doli capaces quan
do interrogati dant oꝛdinatas reſponſio-
nes. tunc ad rationes. Ad pꝛimam dicēdũ
eſt ꝙuis homo in hac moꝛtali vita poſt ba
ptiſmum naufragium quod eſt peccatum
moꝛtale poſſit euadere non tamen poteſt
euadere venialia quibus naufragium diſ
ponitur contra que etiam penitentia oꝛdi
natur. Ad ſecundam dicendum eſt ꝙ ex vi



UVA. BHSC. IyR_242

ſacramenti non tenetur aliquis venialia confiteri: ſed ex inſtitutione eccleſie quando non habet que confiteatur vel poteſt alio modo dici ꝙ ex predicta decretali nõ obligantur niſi illi qui habẽt peccata mortalia. ¶ Queritur vtrum poſſit diſpẽſari cum aliquo ꝙ non confiteantur homini. et videtur ꝙ ſic: quia precepta q̃ ſunt de iure poſitiuo ſubiacent diſpenſationi prelatorum eccleſie. ſed confeſſio eſt huiuſmodi. ergo poteſt diſpenſari cum aliquo ꝙ non confiteatur homini. Secundo ſic. illud quod ab homine. inſtitutum eſt poteſt etiam ab homine diſpenſationem recipere: ſed confeſſio non legitur a deo inſtituta ſed ab homine. Jaco. v. Confitemini alterutrum peccata veſtra. Papa autem habet poteſtatem diſpenſandi in his que per apoſtolos inſtituta ſunt. Sicut patet de bigamis. ar. l. diſtin. quicunqꝫ penitens. xxxiiij. diſtin. lector. ergo poteſt cũ aliquo diſpenſari ne confiteatur. In oppoſitũ arguitur ſic. Penitentia cuius pars eſt cõfeſſio eſt ſacramentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus ſed in baptiſmo nullus diſpenſare poteſt: ergo nec in confeſſione. ¶ Pro ſolutione iſtius queſtionis eſt notandũ ſm beatũ Tho. xvij. diſtin. iiij. ꝙ miniſtri eccleſie inſtituuntur in eccleſia diuinitus fundata: ⁊ ideo inſtitutio eccleſie preſupponitur ad operationẽ miniſtrorũ ſicut opus creationis preſupponitur ad opus nature. ⁊ quia eccleſia in ſacramentis conſiſtit ideo ad miniſtros eccleſie nec nouos articulos fidei edere aut editos remouere aut noua ſacramenta inſtituere aut inſtituta remouere pertinet: ſed hoc eſt poteſtatis excellentie que ſoli debetur chriſto qui eſt eccleſie fundamentũ: ⁊ ideo ſicut papa nõ poteſt diſpenſare vt aliquis ſine baptiſmo ſaluetur: ita ꝙ ſaluetur ſine ꝯfeſſione. Cui videtur cõcordare illud quod habet. xxv. q. i. c. ſunt quidam. cuius textus ſequitur. Sunt quidam dicentes romano pontifici ſemper licuiſſe nouas cõdere leges. quod et nos non ſolũ negamus ſed etiam nullo modo affirmamus. Sed ſciendũ vero eſt ſummopere: q2 inde nouas leges poteſt papa condere vbi euangeliſte aliquid nequaqꝫ dixerunt: vbi vero aperte dominus vel eius apoſtoli eos ſequentes ſancti patres ſententialiter aliquid diffinierunt ibi nouam legem non poteſt romanus pontifex dare ſed potius quod predicatum eſt vſqꝫ ad animam ⁊ ſanguinem confirmare debet. Si enĩ quod docuerunt dñi apoſtoli ⁊ ꝓphete deſtruere niterentur quod ab ſit nõ ſententiare ſed magis errare cõuincerentur: ſed hoc ꝓcul ſit ab eis qui ſemꝑ dei eccleſiam contra luporũ inſidias optime cuſtodiunt. Et in glo. dicitur. papa non poteſt diſpenſare contra dominũ vel apoſtolũ. Tunc ad rationes ante oppoſitum. Et primo. ¶ Ad primam dicendũ eſt ꝙ precepta iuris diuini non minus obligant ꝙ̃ precepta iuris naturalis. vnde ſicut nõ poteſt diſpenſari in iure naturali: ita nec in iure diuino ſed poſitiuo. ¶ Ad ſecundam dicendũ eſt ꝙ ꝓceptum de confeſſione nõ eſt ab homine puro inſtitutum ꝗuis ſit a Jacobo ꝓmulgatum. ſed a deo inſtitutionem habuit ꝗuis expreſſa inſtitutio eius non legatur: tamen quedam prefiguratio ipſius inuenitur. Mat. iij. In hoc ꝙ Johãni confitebãtur peccata qui baptiſmo ipſius ad gratiam ꝑparabantur: ⁊ in hoc. etiã quod dñs ſacerdotibus leproſos tranſmiſit qui ꝗuis nõ eſſent noui teſtamenti. ſacerdotes tamen in eis noui teſtamenti ſacerdotiũ figurabatur. Et quãdo arguitur ſic de bigamis ⁊c. Dicendũ eſt ꝙ papa poteſt diſpenſare in his que non ſpectant ad articulos fidei: ſed in his que ſpectant ad articulos fidei non. ¶ Item cõtra vniuerſalem ſtatum eccleſie diſpenſare non põt. xxiiij. q. i. c. memor ſum. ¶ Item papa non poteſt diſpenſare cõtra quattuor cõcilia: ita ꝙ audeat ea reprobare: ſed tamen poteſt diſpenſare cõtra aliqua ſtatuta quattuor cõciliorum ſicut fecit Inno. in lateranenſi cõcilio generali. extra de affi. ⁊ cõſanguini. c. non debet. ¶ Item papa nõ poteſt diſpenſare cũ monacho ꝙ habeat ꝓprium ipſo ſtante monacho: ſed poteſt facere de monacho non monachum. Alij tamen dicunt ꝙ papa poteſt diſpenſare ex plenitudine poteſtatis: quia poteſt auferre ſubſiſtentiam. ar. C. de rei vxo. ac. l. vna. in principio. ſed ego credo ꝙ contra votum caſtitatis papa diſpenſare non poſſit: q2 nullũ inuenitur eque bonũ in quod poſſit fieri cõmutatio: quia nihil eſt melius continentia: q2 virginitas replet paradiſum. xxxij. q. ij. c. nuptie. ⁊ caſtitas ſola eſt que cum fiducia poteſt deo animas preſentare. i aut. de lenonibus. §. ſanctiſſimus. colla. iij. Tamen de cõſanguinitate ⁊ affinitate poteſt diſpenſare de plenitudine poteſtatis: ſed

UVA. BHSC. IyR_242

tamen non expedit.in.ca.litteras.de reſti.
ſpo.vbi etiam dicitur in glo.ꝙ papa nõ po
teſt diſpenſare vt quis habeat plures vxo
res ſimul.de trãſac.c.vlti.nec poteſt diſpẽ
ſare in his que in ſui natura ſunt mala ⁊ vt
ſcꝫ ſine peccato quis poſſet adultera.de iu
reiuran.⁊ ſi chriſtus. ¶ Cõfeſſor bland' ⁊c.
Jſta littera vſqꝫ ad illam partem . Contra
peccata.docet cõditiones quas debet ha
bere cõfeſſor dicens ꝙ confeſſor debet ha
bere cõditiones que ſunt in littera. Unde
metrificator. Confeſſor dulcis ⁊ affabilis ⁊
atqꝫ ſuauis ⁊ prudens ⁊ diſcretus ⁊ mitis ⁊ pi' ⁊
atqꝫ benignus. Primo blanditur monet et
poſtea terret. Quarto ſolatur . quinto de
monſtrat agenda. Sit piger ad penas ⁊ ſit
velox ad miſerandũ. Et doleat quotiẽs fa
cit illũ culpa fetentẽ. Cõtra naturã culpas
nõ exprimat vllã. Ne ſuper enormi ſimplex
ſic ꝯueniatur. De quo nil ſciuit ad agendũ
ſic ineatur. Uxor adulterij rea ꝯfeſſore pe
rito. Sic luat admiſſum ne ſit ſuſpecta ma
rito. Sepe ſibi moneat confeſſor ne recidi
uet ſiue relabatur confeſtim confiteatur.
Poſtea ſit tacitus ⁊ vt celet crimen ali'. Sa
cerdos quando audit cõfeſſionem cũ pio
affectu ⁊ benigno vultu nõ execrando nec
ſpernendo ſed ſupportando et cõtribuen
do debet penitentẽ audire. xvi.q.vij.c. pe
nitẽtem. vbi dicitur ꝙ penitẽs ex corde ita
debet ſuſcipi ſicut chriſtus fecit dicens. Cõ
gratulamini mihi quia inueni ouem meã
que perierat. Luc.xv.⁊ de penitẽ. ⁊ remiſ.
ca.oĩs vtriuſqꝫ ſexus. habetur ꝙ confeſſor
debet eſſe cautus in inquirẽdo ⁊ diſcretus
in conſulendo ⁊ miſericors in penitentiam
imponendo. Jtẽ ſacerdos cui omne offert
peccatũ anteqꝫ ſtatuitur omnis languor ĩ
nullo eorũ peccatorũ ſupple ſit iudicãdus
que in alio iudicare promptus eſt. Augu.
iudicans eñ aliũ qui eſt iudicand' condẽ
nat ſeipſum ⁊ cognoſcat igitur ſe et purget
in ſe quod alios videt offendere ⁊ caueat vt
a ſe ꝓiecerit quicquid ĩ aliquo damnoſu ⁊
id eſt damnatione dignum reperierit. de
peniten.diſtin.vi.ca.ſacerdos.⁊ per magi
ſtrum.xix.diſtin.iiij. Animaduertat ſacer
dos illud. Johan.viij. Qui ſine peccato eſt
primus in eam lapidem mittat. ideo enim
chriſtus liberauit peccatricem quia non
erat qui iuſte proijceret lapidem. quomo
do enim lapidaret qui ſeipſum lapidan
dum cognoſceret. Caueat ſpiritualis iu
dex ſicut non commiſit crimen nequitie
ita nõ careat munere ſciẽtie. oportet enim
ꝙ ſciat cognoſcere quicquid debet iudica
re ſit diligens inquiſitor ſubtilis ⁊ inueſti
gator. Sapienter ⁊ aſtute interroget a pec
catore quod forſitan ignorat vel verecun
dia velit occultare ⁊ cognito vero crimine
varietates eius non dubitet interrogare
locum tempus ⁊c. ſicut viſum fuit. Tamen
caute inquirat in ſpeciebus peccati car
nis ⁊c. Quibus cognitis aſſit beniuolus
paratus ſecum onus portare ⁊ habeat dul
cedinem in afflictione ⁊ diſcretionem in va
rietate ⁊ circunſtantiarum ſupple. doceat
perſeuerantiam in bono ⁊c. capitulo . ſa
cerdos allegato . ⁊ per magiſtrum diſtin.
preallega. Jtem caueat ſacerdos ne pecca
ta penitentium alijs prodeat alioquin de
ponatur. per magiſtrum.xxi. diſtinct.iiij.
vnde Gregori. Sacerdos ante omnia ca
ueat ne de his que ei confitentur peccata
alicui recitet. non propinquis ⁊ non extra
neis nec quod abſit pro aliquo ſcandalo ⁊
Nam ſi hoc fecerit deponatur ⁊ omnibus
diebus vite ſue ignominioſus peregrinan
do pergat vel in monaſterium detrudatur
ad penitentiam peragendam. Cui concor
dat decretum. de peniten. diſtin.vi.cap.ſa
cerdos. ⁊ in cap. placuit. ⁊ extra de penitẽ.
et remiſſi. capitu. omnis vtriuſqꝫ ſexus. §.
caueas. Confeſſio qua quis ſubijcitur ſa
cerdoti ſignum eſt interioris confeſſionis
qua quis deo ſubijcitur. deus autem pec
catum illius qui ſe ſibi per penitentiam
ſubijcit tegit. per Aug. ſuper illũ locũ pſ.
Quorum tecta ſunt peccata. tecta id eſt de
eternaliter nõ puniat. ⁊ p magiſtrũ. xviij.
diſtin.iiij. ſenten. quare oportet neceſſa
rio ꝙ ſacerdos confeſſionem celet etiam
per hoc homines magis ad confeſſionem
attrahuntur ⁊ ſimplicius peccata confi
tentur ideo ſit cautus confeſſor vt celet omnia
que per peccatum confitentis poſſet de
prehendi ſiue reuelari. ⁊ idem ſm Alber.
in ſuo compẽdio. Sed ponatur ꝙ aliquis
confeſſus fuerit ſacerdoti aliquod crimẽ
et epiſcopus excõmunicat omnes huius
criminis ſocios niſi veritatem reuelaue
rint. ¶ Queritur an ſacerdos teneatur
reuelare. videt ꝙ nõ. per ca. ſacerdos. alle
gatum ſuperius. arg. extra de offi. or. c. ſi
ſacerdos. et extra de adul. ca. ſignificaſti.
Breuiter dicendũ eſt ad illud dubiũ ꝙ ſa
cerdos in ſecreto põt dicere epõ vt pdeſſe
poſſit et nõ obeſſe. xxij. q. v. cap. hoc vide



UVA. BHSC. IyR_242

tur.de illa materia.ij.q.i.c.ſi peccauerit:⁊
ij.q.vij.pleriq̄;.⁊.xv.q.c.pſbyter ⁊c. ¶ Que
ritur cui ſit confeſſio facienda. Et videtur
primo ꝙ ſoli deo per illud pſ. Dixi confite
bor dn̄o ⁊c.non dicit ſacerdoti ⁊ etiam re-
miſſum peccatū dicit ibi:⁊ tu remiſiſti ⁊c.
Itē Ambro.ideo fleuit Petrus quia culpa
obrepſit et non inuenio ꝙ dixerit inuenio
ꝙ fleuerit.⁊ ꝑ magi.xvij.diſt.iiij. lauāt la-
chryme delictum quod voce pudor eſt con
fiteri.⁊ pluribus alijs auctoritatibus. de
quibus dictū fuit in queſtione vtrum ſola
contritio ſufficiat.Secundo probat̄ ꝙ con
feſſio debeat fieri ſecerdoti ſic. abſolutio
penitentis ꝓpter quam fit confeſſio nō fit
niſi a ſacerdotibus quibus claues eccleſie
cōmiſſe ſunt.Io.xx.⁊ Math.xvi.ergo con-
feſſio nō poteſt fieri niſi ſacerdoti. Itē ad
idem.cōfeſſio prefigurat̄ in lazari mortui
ſuſcitatione ſed dn̄s ſolis diſcipulis prece-
pit vt lazarum ſoluerēt.Joh.xi.ergo ſacer
dotibus fienda eſt cōfeſſio. Itē ad idē con
feſſio ſacramentalis accuſatio eſt. ſed ſa-
cramenti diſpenſatio ad illum tantū perti
net q̄ eſt ſacramenti miniſter huiuſmodi
eſt ſacerdos.ergo nulli alij facienda eſt cō
feſſio.Item ad illud ꝯfeſſio in quolibet iu-
dicio ad ſententiam ordinatur:ſed ſenten-
tia in foro cōtentioſo a non iudice lata nul
la eſt.de iudi.cap.at ſi clerici. ideo nec faci
enda eſt cōfeſſio niſi iudici.ſed iudex in fo
ro conſcientie non eſt niſi ſacerdos qui ha
bet poteſtatem ligandi et ſoluendi ergo.
Item ad idem.in baptiſmo quilibet bapti
zare poteſt in caſu neceſſitatis:nec decet a
ſacerdote iterari baptiſmus vt patet ꝑ ma
giſtrum di.vi.iiij.de cōſe.di.iiij. baptiſm⁹.
Sed ſi quis confiteatur layco in caſu ne-
ceſſitatis iterū tenetur ſacerdoti confiteri
ſi articulū neceſſitatis euadat:ergo ſacer-
doti cōpetit confiteri et non alteri. Tertio
ꝓbatur ꝙ cōfeſſio fieri valeat layco vel al
teri a ſacerdote.quia ad confeſſionem nō
obligamur: niſi ex diuina inſtitutione ſed
diuina inſtitutio nobis proponitur. Jaco.
vlti.Confitemini alterutrum peccata vr̄a.
alterutrum.i.mutuo vbi non fit mētio de
ſacerdote.ergo non debet fieri ſacerdoti
potius ꝙ alteri..Item penitētia eſt ſacra-
mentum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus ſꝫ
in baptiſmo propter ſacramenti neceſſita-
tem:quilibet homo eſt miniſter: ergo ⁊ in
penitentia.¶ Item confeſſio ad hoc eſt ne
ceſſaria vt taxetur penitenti ſatiſfactiōis
modus: ſed aliquis non ſacerdos diſcret⁹
poſſet penitēti taxare ſatiſfactiōis modū
meli⁹ ꝙ plures ſacerdotes: ergo nō opor-
tet ꝙ cōfeſſio fiat ſacerdoti. Pro diſcuſſio-
ne iſtius queſtionis dicit beatus Tho. ſup
xvij.iiij.ꝙ gratia que in ſacramentis dat̄
a capite deſcendit in membra:⁊ ideo ſolus
ille eſt miniſter ſacramentorum in quib⁹
gratia datur qui habet miniſterium ſup
corpus chriſti verum ꝙ ſolius eſt ſacerdo-
tis qui conſecrare poteſt euchariſtiam: et
ideo cum in ſacramento penitentie gratia
ꝯferatur ſolus ſacerdos eſt miniſter hui⁹
ſacramenti: ⁊ ideo ſoli ſacerdoti facien-
da eſt confeſſio ſacramentalis:⁊ huic con-
cordat Albertus in ſuo compen.lib.vi. di-
cens ꝙ confeſſio debet fieri ſacerdoti ha-
benti claues que ſunt ſcientia diſcernēdi ⁊
poteſtas ligandi.¶ Tunc ad rationes pro
bantes ꝙ confeſſio poſſit fieri alijs ſacer-
dotibus reſpondetur per ordinem. Et pri
mo ad primam quando dicebatur ꝙ ſuffi-
cit ſoli deo quicquid fuerit ante incarna-
tionem dicendum eſt ꝙ citra non licet al-
teri ꝯfiteri ꝙ ſacerdoti ſi aſſit facultas ⁊c.
Unde Augu.in omelia penthecoſtes . Iu-
dicet ſeipſum homo:voluntate duꝫ poteſt
vt veniat ad antiſtites per quos illi claues
in eccleſia miniſtrantur.a ꝓpoſitis ſacra-
mentorum accipiat ſatiſfactionis ſue mo-
dum in offerendo ſacrificium contribula-
ti cordis deuotus:⁊ ſupplex.Recitatiue x̄o
habetur per magi.xvij.diſtin.iiij. Sed cō-
tra hoc arguitur ſic Eſaie.xliij . habetur .
ego ſolus deleo iniquitates et peccata po
puli.Item Ambro.ille ſolus dimittit pec-
cata qui ſolus ꝓ peccatis noſtris mortu⁹
eſt.Item Augu. Nemo tollit peccata niſi
chriſtus qui eſt agnus tollens peccata mū
di.His auctoritatibus ⁊ pluribus alijs de
quibus legitur in.iiij. ſenten.diſtin. xviij.
demonſtratur ſolum deum per ſe peccata
dimittere.Solutio. Dicendum eſt breui-
ter ꝙ ſicut deus ſua gratia animam illu-
minat.ita ⁊ ſimul debitum eterne mortis
relaxat . per magiſtrum.xviij . diſtin. iiij.
Tunc enim deus penitentiam ſoluit a de-
bito pene eterne quando intus illuminat
inſpiciendo veram cordis contritionem.
quod probatur per magiſtrum diſtin.pre
dicta ſic. Nemo vere de peccato compun-
gitur habens cor contritum et humiliatū
niſi in charitate.qui autem charitateꝫ ha-
bet dignus eſt vita. Nemo autem dignus

UVA. BHSC. IyR_242

eſt ſimul morte et vita. Igitur Tunc liga-
tus debito eterne mortis filius ire eſſe de
ſijt ex quo diligere et penitere cepit. Non
igitur poſtmodum per ſacerdotem cui cõ
fitetur ab ira eterna liberatur a qua iam
liberatus eſt per dominum. Solus igitur
deus hominem interius mundat a macu
la peccati ⁊ et a debito eterne pene ſoluit.
ſm magiſtrum.xviij.diſtin.iiij. Sed que-
ritur circa hoc ſi peccatũ a deo omnino di
miſſum eſt per cordis cõtritionem ex quo
penitens votum habuit confitendi quid
poſtea dimittatur ei a ſacerdote: quia vt
dictum extitit ante confeſſionem ſacerdo-
ti factam per cordis contritionem deus
per ſeipſum ſine miniſterio ſacerdotis de
bitum pene eterne relaxat ⁊ animam in-
terius purgat a contagione et fetore pec-
cati: quid igitur dimittit ſacerdos aut ꝗd
mundat. queſtio magiſtri ĩ pricipio .xviij.
diſtin. iiij. Solutio. deus ſacerdotibus cõ-
ceſſit poteſtatem ligandi ⁊ ſoluendi id eſt
oſtendedi homines ligatos vel ſolutos.
Huius figura habetur Leuit. xiiij. vt viſuꝫ
fuit ſuperius. Unde dominus reſtituit pri
us leproſum ſanitati. deinde ad ſacerdo-
tes miſit quorum iudicio oſtẽderetur mũ
datus: ita ⁊ lazarum iam viuificatũ obtu-
lit diſcipulis ſoluenduꝫ: quia et ſi aliquis
apud deum ſit ſolutus. non tamen in facie
eccleſie ſolutus habetur: niſi per iudiciuꝫ
ſacerdotis. Sacerdotes vero peccata di-
mittunt vel retinent dum dimiſſa a deo vl'
retenta indicant ⁊ oſtendunt. Alio modo
ligant et ſoluunt. Ligant enim ſacerdotes
dum ſatiſfactionem penitentie confitenti-
bus imponũt. Soluũt cum de ea aliquid
dimittunt vel per eam purgatos ad ſacra
mentorum communionem admittunt. Et
alio modo ligant ⁊ ſoluunt. que per excõ-
municationem geruntur: dum aliquis ſm
canonicam diſciplinam vocatus tertio ad
emendationem manifeſti delicti ſatiſface-
re vilipendens ſententiam eccleſie a loco
ipſius eccleſie et ſacramentorum commu-
nione: ⁊ fidelium conſortio preſcinditur vt
erubeſcat et pudore ſtrictus cõuerſus pe-
niteat: vt ſic ſpiritus eius ſaluus fiat. per
magiſtrum.xviij.diſtin.iiij. Ex his oſtendi
tur indubitanter oportere. primo deo: de-
inde ſacerdoti offerre cõfeſſionem: nec ali
ter poſſe perueniri ad ingreſſum paradiſi
ſi aſſit facultas. per magiſtrum.xvij.diſti.
iiij. Tunc ad rationes probantes cõfeſſio-
nem poſſe fieri alijs a ſacerdote. Et primo
ad primam quãdo arguitur. ad cõfeſſionẽ
non obligamur. niſi ex diuina inſtitutio-
ne ⁊c. Dicẽdum eſt ꝙ Iaco. loquit̃ ibideꝫ ex
preſuppoſitione diuine inſtitutionis: quia
diuinitus inſtitutio de cõfeſſione preceſſe-
rat. Leuit. xiij. ⁊. xiiij. ⁊ per hoc ꝙ dedit eis
poteſtatem remittendi peccata. Iohã. xx.
Quorum remiſeritis ⁊c. ¶ Ad ſecundam
quãdo arguitur penitentia eſt ſacramen-
tum neceſſitatis ſicut ⁊ baptiſmus. Dicen-
dum eſt ꝙ baptiſmus magis eſt ſacramẽ-
tum neceſſitatis ꝙ ſacramentum peniten-
tie quo ad cõfeſſionem ⁊ abſolutionem: q2
baptiſmus pretermitti nõ poteſt ſine peri
culo ſalutis eterne: vt patet in pueris qui
nõdum habent vſuꝫ rationis. ſic nõ eſt om
nino de cõfeſſione ⁊ abſolutione que tãtuꝫ
ad adultos pertinent in quibus contritio
cum propoſito cõfitendi ⁊ deſiderio ſatiſ-
factionis ſufficit ad liberandum a morte
eterna: vt dictum fuit ſuperius: ⁊ ideo non
eſt ſimile de baptiſmo ⁊ confeſſione. ¶ Ad
tertiam quãdo dicitur confeſſio ad hoc eſt
neceſſaria vt taceatur penitẽti ſatiſfactiõis
modus: dicendum eſt ꝙ nõ ſolum ꝗtitas
pene eſt attendẽda ĩ cõfeſſione que poteſt
ab alio ꝙ a ſacerdote taxari. vt arguit ra-
tio: ſed cum hoc requiritur virtus que eſt
in diſpenſatore ſacramentoruꝫ: ideo ſolus
ſacerdos ſecluſo caſu neceſſitatis eſt mini
ſter penitentie cui cõfeſſio debet fieri. No
tãter dicitur ſecluſa caſu neceſſitatis: quia
in tali caſu alij a ſacerdote poteſt fieri con
feſſio. quia ſicut baptiſmus qui eſt ſacra-
mentum neceſſitatis habet dupliceꝫ mini
ſtrum. Unum cui ex officio baptizare incũ
bit ſcꝫ ſacerdotem. aliũ cui diſpenſatio ba-
ptiſmi cõmittitur ratione neceſſitatis. per
magiſtrum diſtin. vi. iiij. ⁊ per docto. ibidẽ
Ita in cõfeſſione in caſu neceſſitatis vbi nõ
habetur copia ſacerdotis laycus vel alius
a ſacerdote poteſt audire cõfeſſionẽ. Sed
videtur ꝙ illa ſimilitudo nõ valet: quia ba
ptizatus ab alio a ſacerdote non deberet
baptizari: vt habetur per magi. vi. diſtin.
iiij. ſentẽ. Et tamen cõfeſſus alij a ſacerdo
te ſi euaſerit periculum ſeu caſum neceſſi
tatis tenetur cõfiteri ſacerdoti: quia laicꝰ
ſiue alius a ſacerdote non poteſt abſolue
re ⁊c. Solutio Dicendum eſt ꝙ nõ eſt om-
nimoda ſimilitudo quoniam homo per ſa
cramenta non ſolum deo ſed etiam eccle-
ſie oportet ꝙ reconcilietur. eccleſie autem



UVA. BHSC. IyR_242

recōciliari non poteſt niſi ſanctificatio eccleſie ad eum perueniat.in baptiſmo autē ſanctificatio eccleſie ad hominem peruenit per ipſum elementum exterius habitum quod verbo vite ſanctificabitur ſm formam eccleſie:vt cum intentione a quocunq;.et ideo ex quo ſemel baptizatus eſt a quocunq; non oportet ꝙ iterum baptizetur.ſed in penitentia eccleſie ſanctificatio nō peruenit ad homines niſi per miniſtrū quia non eſt ibi aliquod corporale elementum exterius adhibitum quod ex ſanctificatione inuiſibilem gratiam conferat. Et ideo ꝗuis ille qui laico cōfeſſus in articulo neceſſitatis cōſecutus ſit veniam a deo non tamen adhuc eſt eccleſie recōciliatus vt ad ſacramentum eccleſie admitti debeat niſi prius a ſacerdote abſoluatur: quia laycus non poteſt abſoluere ſicut ille qui baptiſmo flaminis baptizatus non admittitur ad euchariſtiā.⁊ ideo oportet ꝙ iterum confiteatur ſacerdoti cū copiam habere potuerit.quia laycus non eſt iudex eius qui ei cōfitetur abſolute: tamen ratione neceſſitatis accipit iudiciū ſuper ſe ſm ꝙ cōfitens ex defectu ſacerdotis ſe ei ſubdit.⁊ tenetur dict⁹ laycus cui facta eſt cōfeſſio tenere ſecrete ⁊ ſub ſigillo cōfeſſionis dicere ſacerdoti.ſʒ Landul. ſuper. xxi. diſtin.iiij.ſentē. Nota tamen ꝙ illud dictū dico tibi in cōfeſſione non includit ſigillū cōfeſſionis.ſm Alber.in ſuo cōpēdio.quia nō ſeruatur ibi forma cōfeſſiōis ⁊c. Tamē aliqui voluerunt dicere ꝙ confeſſio facta layco ex defectu ſacerdotis eſt quodāmodo ſacramentalis ꝗuis nō ſit ſacramentū perfectum:quia deeſt ei quod eſt ex parte miniſtri ſcʒ ſacerdotis: quoniam in ſacramento penitentie nō ſolum eſt aliquid ex parte ſuſcipientis ſacramentum ſcʒ cōtritio ⁊ cōfeſſio:ſed etiam eſt aliquid ex parte miniſtri:ſcʒ abſolutio ⁊ ſatiſfactionis iniunctio:⁊ vtrūq; debet cōcurrere ad plenitudinem ſacramenti quando poſſibile eſt. vt tenet beatus Tho.xvij.diſtin. iiij.ſentē: Cum igitur per iam dicta cōfeſſio debeat fieri ſacerdoti. ¶ Queritur vtrū cuilibet ſacerdoti ⁊ videtur ꝙ ſic: quia chriſt⁹ poſt reſurrectionem dedit omnibus apoſtolis poteſtatem ſoluendi ⁊ ligandi dicens.quorum remiſeritis peccata ⁊c.Johan.xx.Secundo ſic.auctoritate Grego.dicentis. miſeratione ⁊ pietatis officio cōſtitutum eſt ꝙ ſacerdotibus monachis apoſtolorum figuram tenentibus liceat predicare baptizare:cōmunionem dare:pro peccatoribus orare:penitentiam imponere: atq; peccata ſoluere.ſed monachi nō ſunt proprij ſacerdotes aliquorum cum non habeant curam animarū:ergo cū confeſſio fiat ꝓpter abſolutionem ſufficit ꝙ fiat cuicunq; ſacerdoti.Tertio ſic. ſicut ſacerdos eſt miniſter hui⁹ ſacramēti ita ⁊ euchariſtie:ſed hoc ꝗlibet ſacerdos poteſt conficere:ergo quilibet poteſt ſacramentū penitentie miniſtrare.Quarto ſic.illud ad quod determinate tenemur non eſt de noſtra electione cōſtitutum: vt patet per Augu.xvij. diſtin. iiij. ſenten.dicentem.Qui vult cōfiteri peccata vt inueniat gratiam querat ſacerdotē qui ſciat ligare et ſoluere:ergo videtur ꝙ non ſit neceſſariū ꝙ proprio ſacerdoti:ſed ſolū ſufficientiori quem inuenire poterit.Quinto ſic.illud quod inſtitutū eſt per charitatem cōtra charitatem non militat.vt dicit Bernar.ſed confeſſio que per charitatem inſtituta eſt contra charitatē militaret ſi homo ad confitendum vni ſacerdoti eſſet obligatus: vt puta ſi peccator ſciret ſuum ſacerdotē fore hereticū aut ſollicitatorem ad malū:aut fragilē quo ad peccatum qđ quis ei confitetur:vel ſi ſit reuelator confeſſionis:vel ſi peccatum ſit cōmiſſum cōtra ipſum de quo ꝗs confiteri debet: ergo videtur ꝙ non ſemper oportet confiteri ꝓprio ſacerdoti. Sexto ſic.in eo quod eſt neceſſarium ad ſalutem nō ſunt homines artandi ne impediātur a via ſalutis:ſed magna artatio videretur ſi oporteret vni ſacerdoti de neceſſitate confiteri: quia per hoc multi poſſent a cōfeſſione retrahi vel timore vel verecundia vel aliquo huiuſmodi:ergo cum cōfeſſio ſit de neceſſitate ſalutis non debet homines ad hoc artare vt videtur. ¶ In oppoſitum arguitur. Et videtᷣ ꝙ non liceat alicui alteri cōfiteri ꝙ ꝓprio ſacerdoti:quia ille qui audit confeſſiones alicuius eſt ꝓprius iudex eius aliter non poſſet eum abſoluere vel ligare.ſed vnius hominis nō poſſunt eſſe plures proprij ſacerdotes ſeu iudices:quia tūc teneremur pluribus obedire quod eſſet impoſſibile. Secundo ſic. ſicut ſe habet epiſcopus ad ſuam dioceſim:ita ſacerdos ad ſuam parrochiam:ſed non licet vni epiſcopo in dioceſi alterius officium epiſcopale exercere ſm ſtatuta canonū:ergo nec licet vni ſacerdoti audire confeſſionem parrochiani al-

UVA. BHSC. IyR_242

teris. Cui concordat. c. omnis vtriuſq; ſexꝰ extra de penitē. ⁊ re. Etiam ꝓbatur iſtud non obſtante priuilegio vel mandato ſuperioris: quia non poteſt aliquod priuilegium indulgeri in preiudiciū alterius: ſed hoc eſſet in preiudicium ſacerdotis: ſi aliꝰ confeſſionem ſui ſubditi audiret ⁊ ergo nō poteſt ꝑ priuilegium licentiā ſiue mandatum ſuperioris obtinere ꝙ aliquis ꝯfiteatur alteri a ꝓprio ſacerdote. Item probatur ſic. illud per quod impeditur diuinum mādatum nō poteſt ꝑ mandatum ſeu priuilegium alicuius hominis concedi: ſed mandatū diuinū eſt ad rectores eccleſiarū: vt diligenter vultum pecoris ſui agnoſcant. Prouer. xxvij. Quod impediretur ſi alius ꝙ ꝓprius ſacerdos eius confeſſionē audiret ergo. ¶ Pro declaratione iſtius eſt notandum ꝙ quilibet tenetur confiteri proprio ſacerdoti qui curā anime eius habet: ſaltē ſemel in āno de omnibus peccatis ſuis: tā ꝓpter poteſtatem ⁊ iuriſditionem quā habet ꝓprius ſacerdos ſuper parrochianum ſuū cuius anime eſt redditurus rationem ꝙ ꝓpter preceptū eccleſie in illa decre. oīs vtriuſq; ſexus. Non eſt enim licitū niſi in caſu neceſſitatis alicui ſacerdoti gregē alteri cōmiſſum ſine licentia eiuſdē ad penitentiam admittere. de penitē. diſtin. vij. c. placuit. Cuius textus talis eſt. Placuit vt nulli deiceps ſacerdoti liceat ſuſcipe quēꝙ alteri ſacerdoti cōmiſſum ad penitentiam niſi vrgente neceſſitate. Et qui cōtra ſtatutum tētauerint gradus ſui periculo ſubiaceant. ⁊ idem. xvi. q. i. §. ecce. extra de peni. ⁊ re. c. quod autē. ⁊ idem ſequitur ex concilio vieñ. c. xi. vbi habetur cū ligare et ſoluere ſubditos ſit ordinarijs: vꝉ eorū quibus per ipſum ordinandū eſt cōceſſum ſtatuimus vt nullius cuiuſcunq; ordinis confeſſiones in quacunq; ciuitate vel dioceſi preter ſpecialem vel generalem ipſiꝰ dioceſani vel preſbyteri parrochialis licentiā petitam ſpecialiter ſuper hoc ⁊ obtentam de facto audire aut ſoluere quēꝙ vel ligare preſumat: niſi hoc eis cōpetat ex priuilegio ſpeciali. Alioquin cōfitēs pro cōfeſſo non habeatur ⁊ confeſſionem audiens cōpeſcatur ꝓut ordinario videbitur expedire. Et idem ſm beatū Tho. ſuper. xvij. diſt. iiij. dicens. ꝙ ſacerdos alienus poteſt dupliciter impediri ne alicuius confeſſionē audiat. Uno modo propter defectum iuriſditionis vt hic. Alio modo propter impedimentum executionis ordinis ſicut excōmunicati degradati ⁊ huiuſmodi: confeſſor enim excōmunicatus nō poteſt quēꝙ abſoluere: quia ſeparatus a cōmunione ſacramentorum: etiam caret vſu iuriſditionis. Item non habet ſubditos: quia ipſi remouentur per ſententiam. xi. q. i. in ſumma. Et de hoc viſum fuit ſuperius in cap. de ſententia excōmunicationis in dubijs. Item eſt notandum ſm Alber. in. vi. libr. ſui cōpen. ꝙ proprius ſacerdos dicitur ſex modis. vno modo eſſe paſtor eccleſie. ſecūdo per determinationē ſuperioris. tertio per priuilegium quibuſdam indultum: vt ſunt predicatores: minores. et ſimiles ⁊c. quarto modo per licentiam ꝓprij ſacerdotis. non tamen licentietur niſi diſcretus et honeſtus. quinto modo ꝓpter neceſſitatē quia inſtante neceſſitate vt mortis periculo ⁊c. quilibet ſacerdos habens claues de quibus dicetur inferius poteſt abſoluere ſexto modo ꝓpter defectum ſui proprij ſacerdotis: videlicet quando eſt idiota reuelator confeſſionis vel incitans penitentē ad peccatum ⁊c. Tamen aliqui voluerunt tenere per glo. illius decre. omnis vtriuſꝙ ſexus. de peniten. ⁊ remiſ. vbi dicitur ꝙ non habentes proprium non dicuntur ꝓprij ſacerdotes ꝙ nec predicatores nec minores ⁊ ceteri habentes priuilegiū a papa poſſint audire confeſſiones ſine licentia ꝓprij ſacerdotis: quod eſt falſum: quia ſi requireretur licentia ꝓprij ſacerdotis fruſtra eſſet priuilegium cum ſine priuilegio poſſet ſacerdos parrochialis eis licentiā concedere. extra de priuile. cap. ꝙto. ⁊ cap. pe. de exceſſi. prela. ⁊ hoc probatur ratione quam fecit in conſiſtorio publico cōtra ſic opinantes. Johannes papa. xxij. in quadā extrauaganti que incipit vas electionis: ſi ſit papa aut poteſt audire omnem hoīem in cōfeſſione aut nō. Nō eſt dicēdū ꝙ non: ſic dicere eſſet cōtra fidem: ergo ſi pōt ⁊ ſi ſic potuerit cōmittere cuicunq; ſacerdoti ꝙ poſſit eum audire quē ipe papa poſſet audire cū hoc poſſit ſacerdos parrochialis: ſed ꝑuilegiati quibꝰ hoc papa cōmittit ſūt ſacerdotes. idcirco dicēdū ē ꝙ ꝓꝑus ſacerdos eſt ille quē papa inſtituit ſiue ex iure ſiue ex ꝑuilegio ſpāli in. c. dudū. ⁊ c. ſup cathedrā. q ponunt extra de. pe. ⁊ re. in cōſtitutione domini cle. bone memorie. ⁊ ideo glo. cap. omnis vtriuſq; ſexus ſuperiꝰ allegata eſt ſimilr̄ negāda. Nā ꝑuilegiū dicit



UVA. BHSC. IyR_242

ꝙ poſſint confeſſiones fidelium audire et
iniungere penitētias ſalutares ⁊c. ¶ Pro
maiori declaratione premiſſorum eſt no-
tandum. ꝙ plures ſunt caſus in quibꝰ po-
teſt quis cōfiteri alij ꝙ̄ proprio ſacerdoti.
Unus caſus eſt per auctoritatem apoſto-
licam. Alius caſus eſt per auctoritatē epi
ſcopalem ſeu dioceſani. Alius caſus cū in
articulo neceſſitatis. vt mortis. vꝉ alio mo
do quis poſitus nō poteſt proprium habe
re plebanum. Alius caſus cum quis vaga
tur per terram: nec poteſt ad ſuum accede
re plebanum vel certum nō habet pleba-
num. Alius caſus eſt cum licentia vel rati-
ficatione plebani quis alteri cōfiteretur.
Alius caſus poſtꝙ̄ ſuo plebano ſemel ī an
no cōfitetur poteſt ⁊ alteri pro deuotione
et inſtructione vberiore confiteri ſicut et
eger poteſt alios peritos medicos preter
ſuum pro ſanitatis remedio vocare. Alius
caſus ſi non dat plebanus ſubito ſuam co-
piam confitendi tempore debito perfecte
poteſt ad alium recurrere pro ſalutis ſue
alimonia requirēda. Alius caſus eſt ſi ple
banus ſit inſufficiens in ſcientia in illis in
quibus iſte indiget expediri: tūc potius q̄
rat alium ꝙ̄ ꝙ ex inopia conſilij periclite-
tur. Exemplum de medico ignaro ⁊ vie du
ctore. Alius caſus eſt ſi plebanus eſt noto
rius fornicator: tūc ſubditus poteſt alteri
cōfiteri. Alius caſus ſi plebanus fuerit no
tatus de proditione cōfeſſionis. Alius ca-
ſus ſi plebanus conſueuit aliquem vel ali-
quam ſollicitare ad peccatum. Aliꝰ caſus
ſi plebanus ſit peruerſor ſacramentorum
nolēs audire aliquem niſi pro precio. Aliꝰ
caſus ſi plebanus ſit a iure vel a iudice ab
officio pro culpa ſua ſuſpenſus. Aliꝰ caſus
ſi plebanus ſit aliqua ſentētia excommu-
nicationis īnodatus ſeu ligatus. Alius ca-
ſus ſi fuerit irregularitate irretitus. Aliꝰ
caſus ſi contra formam canonū tenet eccle
ſiam ⁊ titulo nō iuſto. Alius caſus ſi eſt vi-
carius talis qui nō tenet iuſte beneficium
Alius caſus cū aliquis nō poteſt induci: vt
ſuo cōfiteatur plebano pre verecundia vel
timore ⁊c. debet potius ab alio audiri ꝙ̄ ī
periculo relinqui. Alius caſus ſi commiſe-
rit crimen quod cōfiteri intendit cum ple
bano ſuo. Item ſi litiget cōtra plebanum
ſuum pro aliquo facto iuramento. Item
quando ad hoc aliquis audit vt ſic ad me-
lius propoſitum attrahatur. Tamen con-
gruum eſt ꝙ parrochianus quādo vult cō-
fiteri alij a ſuo plebano petat licentiam a
ſuo plebano quo recuſante debet recurre
re ad ſuperiorem propter inobedientiam.
Item plebanus nō tenetur eidē miniſtra
re ſacramenta niſi ſubditus euꝫ certificet
de cōfeſſione. Tunc ad rationes ⁊ et primo
Ad primam dicēdum eſt ꝙ ad abſolutionē
a peccato requiritur duplex poteſtas ſcilꝫ
ordinis ⁊ iuriſditionis. Prima fuit equali-
ter data omnibus in die cene quādo chri-
ſtus fecit diſcipulos ſuos ſacerdotes ⁊ etiā
datur omnibus ſacerdotibus cum omni-
bus dicantur hec verba: quodcūꝗ ligaue-
ritis ⁊c. ab epiſcopo cōferente ordinem ſa-
cerdotij: ſed poteſtas iuriſditionis nō fuit
omnibus equalit̄ data: ſed etiā dedit chri-
ſtus immediate petro. ⁊ ideo indetermina
te dn̄s dixit. Quorum remiſeritis ⁊c. poſt
reſurrectionē ſuam. ¶ Ad ſecundam quā-
do arguebatur auctoritate Grego. Dicen-
dum eſt ꝙ loquitur de monachis illis q̄ iu
riſditionem habent id eſt quibus alicuius
parrochie cura eſt commiſſa. de quibꝰ ali-
qui dicebant ꝙ hoc ipſo ꝙ monachi erant
nō poterant abſoluere ⁊ penitentias iiun-
gere: quod falſum eſt. ¶ Ad tertiā quādo
arguitur: ſicut ſacerdos ē miniſter huius
ſacramēti ⁊c. Dicēdum eſt ꝙ ſacramentum
euchariſtie non requirit imperium in ali-
quem ſecus autē de hoc ſacramēto. ¶ Ad
quartā quando dicitur illud ad quod de-
terminate tenemur ⁊c. dicendum eſt ꝙ ele-
ctio diſcreti ſacerdotis nō eſt nobis com-
miſſa ⁊ noſtro arbitrio facienda ſed de licē
tia ſuperioris ſi forte ꝓprius ſacerdos eēt
minus idoneus. ¶ Ad quintam quādo ar-
guitur: illud quod inſtitutū eſt ꝑ charita-
te ⁊c. Dicendū eſt ꝙ in caſibus illis ī q̄bus
ꝓbabiliter timet penitens periculum ſibi
vel ſacerdoti ex ꝯfeſſione ei facta debet re
currere ad ſuperiorem ⁊ ab eo petere licē-
tiam alteri cōfitendi qđ ſi licentiā habere
nō poſſit idē eſt iudiciū ſicut de illo qui nō
habet copiam ſacerdotis nec in hoc tranſ-
greditur aliꝗs preceptū eccleſie: qꝛ prece-
pta iuris poſitiui nō ſe extendūt vltra intē
tionem precipientis que eſt finis precepti
hoc eſt aūt charitas ſm̄ Apoſto. nec iterū
ſit aliqua iniuria ſacerdoti: qꝛ priuilegiū
meret̄ amittere q̄ cōceſſa ſibi abutit̄ ꝑtāte
¶ Ad ſextā dicendū eſt ꝙ in hoc ꝙ oportet
cōfiteri ꝓpo ſacerdoti nō artat̄ via ſalutis
ſed ſufficiēs ad ſalutē via ſtatuit̄. peccaret
aūt ſacerdos ſi nō eſſet facilis ad ꝑbendū

UVA. BHSC. IyR_242

licentiam confitendi alteri: qꝛ multi adeo infirmi citius ſine confeſſione moreretur ꝙ tali ſacerdoti cõfiterẽtur. Unde illi qui ſunt nimis ſolliciti vt conſcientias ſubditorum per confeſſionẽ ſciant multis laqueũ damnationis immittunt: ꝛ per conſequẽs ſibiipſis ꝛc. ¶ Ad rationes poſt oppoſituꝫ Et primo ad primam quando arguitur. ille qui audit confeſſiõem eſt ꝓprius iudex eius: dicendum eſt ꝙ non eſt incõueniens ſi duo conſtituantur ſuper eandem plebẽ quorum vnus ſit principalioꝛ altero ſicut ẽpſ: papa ꝛ curatus parrochialis. Et quilibet eorum poteſt ea que ſunt iuriſditiõis ad ipſum pertinentia alteri committere. ¶ Ad ſecũdam quando dicitur ſicut ſe habet epiſcopus ad ſuam dioceſim ꝛc. dicendum ꝙ hoc verum eſt ꝓpria auctoritate. ¶ Ad tertiam quãdo dicitur nõ poteſt aliquod priuilegium indulgeri ꝛc. dicendum eſt ꝙ preiudicium non fit alicui niſi ei ſubtrahatur quod eſt in fauorem ipſi⁹ indultum modo poteſtas iuriſditionis omnino non eſt cõmiſſa alicui homini in fauorem ſuum ſed vtilitatem plebis ꝛ honorem dei ꝛ ideo ſi ſuperioribus prelatis expedire videatur ad ſalutem plebis: ꝛ honorem dei poſſunt alij a ꝓprio ſacerdote licẽtiam audiendi confeſſiones impartiri. ¶ Ad quartam quando dicitur: illud per quod impeditur diuinum mandatum ꝛc. conceditur. ꝛ ad minorem dicendum eſt ꝙ rector eccleſie debet vultum pecoris ſui agnoſcere ꝑ ſollicitã conſideratiõem exterioris cõuerſationis ꝛ per confeſſionis manifeſtationẽ aliquo modo: ſed illud non impeditur per priuilegium alicui indultum de confeſſiõe audienda cum fiat ad maius bonũ ꝛc. Contra peccata detur ꝛc. Ab illa parte vſqꝫ ad illam cuius reſtituat. auctor oſtendit modum imponendi ſeu iniungendi penitentiam ſm delicta dicens ꝙ contra ſuperbiã debent iniungi opera humilitatis: quia ſicut ſuperbia dicitur maximum pecccatuꝫ ſm glo. illi⁹ emundabor a delicto maximo id eſt ſuperbia: ita humilitas eſt maxima virtus. Unde Augu. Nihil eſt quod valeat humilitati comparari. ideo dicebat ſaluator noſter Mat. xi. Diſcite a me qm̃ mitis ſum ꝛ humilis corde. Unde ſicut incẽtiuuꝫ eleuatio eſt reſpectu deterioris: ita cautela humilitatis eſt ꝯſideratio melioris ſm beatum Grego. Superbus enim odit frequenter ſocietatem humilium. Nam ſicut ille qui cõmunicat ſuperbo induit ſuꝑbiã Eccl. xiij. Ita ꝛ ille qui communicat humili induit humilitatem. ideo dicebat beatus Augu. ꝙ medicina timoris hominis eſt humilitas chriſti. Conſideret ſuperbus ſe eſſe ſeruum diaboli: quoniam ipſe diabol⁹ eſt rex ſuper omnes filios ſuperbie. Cõſideret ſuperbus dieꝫ diſtricti iudicij. vbi dñs retribuet abũdãter faciẽtibus ſuꝑbiã Eſa. ij. Dies domini ſuper omnẽ ſuperbuꝫ ꝛ excelſum. tunc enim ſuperbie corona pedibus conculcabitur: idcirco confeſſoꝛ diſcretus debet dare ſeu iniũgere ſuperbo ſibi cõfitẽti oꝑa humilitatis. Maceretur luxurioſus. Luxurioſo enĩ debẽt iniũgi ieiunia ꝛ alia opera carnẽ macerãtia. Unde Eccl. xxviij. Scđm ligna ſilue exardeſcet ignis gl. ſm modũ victus creſcit vel decreſcit libido. ideo ſubtrahe ligna. i. victualia ſuperflua ꝛ minuet ignis. i. luxuriãdi appetitus. Itẽ debẽt iniungi vigilie ꝛ orõnes ꝛc. vnđ Eccl. viij. Ut ſciui qm̃ aliter nõ poſſem eſſe continens niſi deus adij dñm et depcatus ſuꝫ illũ ꝛc. Propria det cupidus Contra auariciam dꝫ opponi largitas in ſuis bonis diſtribuendis: ita ꝙ iniungat auaro ꝙ diſtribuat de bonis ſuis ſm qualitatẽ ſuarũ diuitiaruꝫ pauperibus. Ieiunet ſepe guloſus. Contra gulã dꝫ opponi abſtinentia: vt ſic contraria contrarijs curentur. Inuidus os tundat. i. contra inuidiam debet opponi amoꝛ ꝛ dilectio: tũdat os ſuum ergo inuidus a maliloquio: vt cuſtodiat aĩam ſuam. Prouer. xiij. Qui cuſtodit os ſuum cuſtodit animã ſuam. Iratus corde remittat. Contra irã debet iniungi pacientia: manſuetudo: ita ꝙ iracundo imponatur ꝙ remittat iniuriã ſibi factã aliter non abſoluatur. vnde Aug. Unuſquiſqꝫ talem indulgentiã accepturus eſt a deo qualẽ ipſe dederit ꝓximo ſuo. vnde Mat. vi. Si dimiſeritis hominibus delicta eoꝝ dimittet ꝛ vobis pater veſter celeſtis peccata veſtra. Si autem nõ dimiſeritiſ alijs nec pater veſter dimittet vobis. Quidam in mortis articulo conſtitutus teſtamẽtuꝫ fecit in quo remiſit in manu ſacerdoti iniuriã ſibi factã ꝓſtito iuramẽto ꝙ hoc firmiter obſeruabit. poſtea volebat agere actiõe iniuriarũ q̃rit an poſſit. Solu. Hoc dicit ꝙ ſi mortis cauſa hoc dicit ſi poſtea conualeſcat poteſt agere actione iniuriaruꝫ. ſecus ſi ſimpliciter remiſit iniuriã. ff. ad. l. fal. l. i. §. vlti. cũ volũtas homis ambu

UVA. BHSC. IyR_242

latoria ſit vſq ad extremum exitum.ff.de admi.tu.l.iij.τ.ff.de do.inter virum τ vxo. l.cum hic ſtatus.§.penitētia. Tamen dicit ꝙ ammodo non aget actione iniuriarum. Item ſi remiſit vſuras amplius nō poteſt repetere cum ſacerdos ſit perſona publica.ff.de ado.l.nō aliter.τ.ff.de pactis.l.cū pater ꝓ filia. Item renūcians iuri ſuo amplius non aditur.vij.q.i.c. ꝙ periculoſum τ extra de renū.c. quidam. Audiat officia peregrinans accidioſus. Contra accidiam debet opponi diligentia in bonis peragēdis: videlicet vt accidioſus vacet diuinis peregrinatiōibus τ ſimilibus que incitāt hoīez ſurgere a ſterquilinio accidie: ne cū negligentes fuerint circa ipſos negligat ipſos dñs: ſicut accidit fatuis virginibus. Math.xxv. Ideo dicit auctor noſter in.c. de accidia. Sepe libēs ora faciendo ſancta labora. Pigri dum poſſunt operari tempora deſunt. De omnibus iſtis videatur in remedijs contra peccata in tertia parte iſti libelli. tamen penitentie ſunt arbitrarie. de pe.diſtin.i.in principio. ¶ Queritur vtrum peccator teneatur dicere peccatuz quod non fecit. Reſpondetur ꝙ non ꝑ magiſtrum.xxi.diſtin.iiij. Ubi dicitur ſicut penitens non debet celare peccatum: quia ſuperbia eſt ita nunc humilitatis cauſa fateri ſe reum illi quod ſe commiſiſſe neſcit: incauta eſt talis humilitas τc. ¶ Queritur vtrum penitēs teneatur nominare perſonam cum qua peccauit. Reſpōdetur ꝙ nō: immo ſi velit hoc facere inhibeat ei ſacerdos tamen de conditionibus perſone pōt confeſſor inquirere. ¶ Queritur nunq̄d ſtatim poſt pctm̄ cōmiſſum facienda ſit cōfeſſio. Et videtur ꝙ ſic per Hug. de ſancto Uictore dicentem. Si neceſſitas eſt que ꝑtendatur cōtentus non excuſatur. Sz quilibet tenetur vitare contentum: ergo quilibet tenetur ſtatim confiteri poſt lapſuz ¶ Secundo ſic. quilibet tenetur plus facere ad euadēdum morbum ſpūalem ꝙ corporalem: ſed aliquis infirmus corporal'r non tenetur ſine detrimento ſalutis tarde medicū quereret ergo videtur ꝙ nō poſſit eſſe ſine detrimēto ſalutis anime ſi hic copia ſacerdotis exiſtēte i ſtatu peccati mortalis ea non cōfiteatur ſtatim poſt perpetrationem delicti. ¶ Tertio ſic: illud quod ſine termino debetur ſtatim debetur: ſed ſine termino debet homo confeſſionē deo ergo tenetur ſtatim ad confitendum poſt pctm̄ Breuiter ad illud dubium dicenduz eſt ꝙ cum ꝓpoſitum confitendi ſit annexū contritioni: tunc tenetur aliquis ad hoc ꝓpoſitum quando ad cōtritionem tenetur: ſcz quando memorie peccata occurrūt: tamen non eſt de neceſſitate precepti ꝙ homo ſtatim poſt lapſum confiteatur: ſed ſemel in anno: vt viſum fuit in.c.oīs vtriuſq ſexus.de peni.τ remiſ. Ueruntamen laudabile eſt vt ſtatim poſt lapſum confiteatur tum ꝓpter recuperandam gratiam quam amiſit ſine qua nullus pōt fructuoſe operari. tum ꝓpter periculum mortis cuius hora eſt incerta. Unde Math.xxiiij. Uigilate quia qua hora non putatis dominus venturus eſt τc. Et eodem.xxv. Uigilate qꝛ neſcitis horam neq diem τc. tum quia diu expectamur. Eſaie.v. Expectaui vt faceret vuas et fecit labruſcas. Item confeſſio dz fieri ſtatim: qꝛ ad magna vocamur. Mat.v. Gaudete τ exultate qm̄ merces veſtra copioſa ē in celis. Itē ne ab eternis nuptijs excludamur ſicut factum fuit fatuis virginibus q̄ differebant ſe preparare. Math.xxv. Item ne ab hoſtibus impediamur: ſicut filij iſrael a pharaone. Exod.v. Item ne blande ſeducamur ſicut piſcis per hamuz τ auis per laqueum. Unde Eccl'.ix. Neſcit homo finem ſuum: ſed ſicut piſces capiuntur hamo τ ſicut aues comprehenduntur laqueo: ſic capiūtur homines in tempore malo. Item ne conſuetudine teneamur ſicut arbor de facili non euellitur cum bene radicatur: ideo dicebat beatus Bernard. Nimis durum eſt cor quod nec emoliunt beneficia: nec terrēt ſupplicia: nec alliciūt ꝓmiſſa: nec caſtigant flagella. Tamen notādum eſt ꝙ plura ſunt impedimenta penitentie. Puſillanimitas aggrediendi: ſicut equus vmbraticus terretur a trūco vel ſimili. Pudor confitendi: ſed ſicut dicit Auguſtinus. Uerecundia magna pars penitētie τ horror faciendi penitentiam: ſed dicit ſacra ſcriptura. Niſi quis penituerit veteris vite non poteſt nouam inchoare. et Auguſt. Stultum eſt homini viuere in ſtatu in quo nō audet mori. ideo dicebat Salomon. Eccl'.xvij. Conuertere ad dñm τ relinque peccata tua: τ ibidem viuus τ ſan' confiteberis τ laudabis deum τ glorificaberis in miſeratiōibus illius. Aliud impedimētum eſt delectatio peccandi: ſed dicit ſcriptura. Momētaneum τ temporale eſt quod delectat: eternū vero quod cruciat.

UVA. BHSC. IyR_242

Aliud impedimētum ſpes diuviuendi: ſed dicit dñs. Luc. iij. Jam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. ⁊ Salomon Eccl. v. Ne tardes conuerti ad dñm ⁊ ne differas de die in diem. Subito eñi veniet ira illius ⁊ in tēpore vindicte diſꝑdet te. Aliud impedimentum eſt deſperatio obtinendi veniā ſed dicit dñs per Eze. Quacūq hora ingemuerit peccator vita viuet ⁊ nō morietur. Aliud eſt exemplum delinquendi: ſ; dicit Auguſt. Stultus eſt qui videt aliquem cadentem ſi non ſit in eodem loco cautior. Aliud conſuetudo peccandi: ſicut Balaam conſuetus monſtris nō curauit cum aſina loqueretur. Aliud poteſt eſſe de confidentia de dei miſericordia ipm̄ quando penituerit recipiendi quod eſt vnum pctōrum in ſpm̄ſanctum. Sed dicit Grego. miſericordiam dei debemus erubeſcere ſi iuſticiaꝫ eius noluimus formidare. ⁊ Salo. Eccl. v. Ne dicas miſeratio dei magna ē multitudinis pctōrum meorum miſerebitur: qm̄ ſicut miſericordia ita; ⁊ ira cito ab illo ꝓximat: ⁊ in pctōres reſpicit ira illius. ¶ Tunc ad rationes in principio queſtionis. Et primo ad primā quando dr̄ per Hugo. de ſancto Uictore. Dicendum eſt ꝙ loquitur de illis qui ex contemptu ſine ſacramento decedunt. ¶ Ad ſecundum quando dicitur ꝗ liber tenetur plus facere ⁊c̄. Dicendum eſt ꝙ non eſt de neceſſitate ſalutis corporalis ꝙ ſtatim medicum querat niſi quando neceſſitas infirmitatis incumbit. ⁊ ſimiliter eſt dicendum de morbo ſpūali: tamen ſecurius ⁊ laudabilius eſt ꝙ ſtatim poſt lapſum quis confiteatur: ⁊ hoc habetur per beatum Tho. ſup. xvi. diſt. iiij. ⁊ in compendio theo. de peni. diſtin. iij. c. ille rex. ¶ Ad tertiam quando dicit̄ illud quod ſine termino debetur ⁊c. Dicendu; eſt ꝙ retentio rei aliene inuito dño ꝯtrariatur precepto negatiuo quod obligat ſemꝑ ⁊ ad ſemꝑ. ⁊ idō tenetur ad ſtatim reddendū. ſecus aūt eſt de impletione p̄cepti affirmatiui: qr obligat ſemper: ſed non ad ſemꝑ: ideo nō tenetur quis ad ſtatim implendū. ¶ Querit̄ nūquid pōt mulier confiteri ſacerdoti cū quo peccauit carnalr̄. Solutio. Dicendum eſt ꝙ nō: ſed dz licentiā petere alteri ſacerdoti cōfiteri: poſito adhuc ꝙ ille negaret tam ꝓpter periculum peccandi cum illo ꝙ ꝓpter timorem erubeſcentiam quam de peccato haberet: tamen ſi illi ſacerdoti cōfiteret̄ et eam abſolueret: abſoluta eſſet.

¶ Queritur nunquid pōt quis confiteri per nunciū. Solu. dicēdū eſt ꝙ non: qm̄ dominus precepit mūdandis. Luc. xvij. vt oſtēderēt ſe ſacerdotibus omnes nō vnus ꝓ omnibus docens ꝑ hoc corporali pñtia peccata cōfitenda nō per ſcriptū nō ꝑ nunciū: nō per ſignum: ſecluſa tū̄ ſemꝑ cā neceſſitatis. ⁊ ideo Leui. xiiij. Nō aliū ſtatuatis qui ꝓ vobis offerat mun⁹ ad moyſen ⁊ ſacerdotes: ſe ꝗ ꝑ vos peccaſtis ꝑ vos erubeſcatis ⁊ ꝑ magiſtrū. xvij. diſt. iiij. ſenten. ¶ Queritur nunquid confeſſio poſſit fieri ꝑ interp̄tez ꝑ ſigna aut ꝑ ſcripturā. Solu. Dicendū eſt ꝙ cōfeſſio dz fieri ꝑ verba tā ꝓpter erubeſcentiam confitentis ꝙ etiaꝫ ꝓpter maiorē expreſſionem mentis conceptus: veruntamen in illis qui ſue mentis conceptus ſacerdotibus exprimere nō valent ſufficiunt alia ſigna mentis concept⁹ exprimētia per que ſigna poſſit ſacerdos cognoſcere animum confitentis: ſicut in mutis ſufficiunt ſigna vel ſcriptura: et vbi ſacerdos non intelligit ydioma confitētis ſufficit interpres vel ſcriptura: ſm̄ dictum Bona. ⁊ Beati Tho. xvij. diſtinctio. quarti ſententiarum. Queritur vtrum interp̄s teneatur celare confeſſionem. Solu. Dicēdum eſt ꝙ ſic quia auris ſacerdotis eſt ſ; Bona. ¶ Queritur vtrum adultum accedentem ad baptiſmum cum actuali peccato neceſſarium ſit ante ſacramentum penitentie accipere ꝙ ſacramentū baptiſmi. Solu. ſm̄ Bona. neceſſarium eſt vt penitētia put eſt virtus cuius actus eſt cōtritio p̄cedat baptiſmum in adulto qui h; actualeꝫ culpā. pniam aūt vt eſt ſacr̄m ſm̄ ꝙ hō ꝯfitet̄ ⁊ recipit abſolutionē nō eſt neceſſariū p̄cedere. Ex quo ſequit̄ ꝙ pnīa ꝙtū ad ꝯtritionē neceſſario p̄cedit. cōfeſſio ꝟo de ꝯgruo vt hō erubeſcat ⁊ pctā recognoſcat ⁊ de eoꝝ remiſſiōe deo ingrat⁹ nō exiſtat: ꝙtum ad ſolutionem ⁊ ſatiſfactioneꝫ nullo modo. Ideo dico ꝙ pnīa ſm̄ ꝙ eſt ſacramentum eccleſie ſequit̄ ꝙ nō p̄cedit ſacr̄m baptiſmi ⁊c. Cuius reſtituat ⁊c. ab iſta parte vſq ad illaꝫ. hi quibus eſt pena. auctor noſter determinat de vno membro ſeu ſpecie ſatiſfactiōis ſc; reſtitutiōe qr ſatiſfactionis quattuor ſunt ſpēs: ſc; oratio: ieiuniū: elemoſyna et reſtitutio. Sed quia de aliis membris auctor noſter ponit textus inferius. ideo hic tantummodo intēdo tractare de reſtitutiōe diuidens ſuam litterā in duas ꝑtes. In p̄ma ꝑte determinat auctor

UVA. BHSC. IyR_242

noſter de reſtitutione. in ſecūda docet ſeu
inſinuat illos qui tenentur precipue ad re
ſtitutionem. ſecunda ibi. Fur vſurator. Et
huic parti ſecunde adducit quādam parti
culam cauſa dubij remouendi: ibi mādās
conſilians ⁊c. De reſtitutione per beatum
Thomam in.ij.ij.q.lxij. ¶ Quātum ad hoc
eſt notandum ꝙ reſtitutio eſt de neceſſita
te ſalutis. quod ꝓbat: quia iuſticia eſt de
neceſſitate ſalutis. Reſtitutio eſt actus iu/
ſticie comitatiue: qꝛ alteri reddere quod
ſuum eſt: ergo reſtitutio eſt de neceſſitate
ſalutis. Pro maiori declaratione iſtius eſt
notandum ꝙ triplex eſt reſtitutio. realis
⁊ non voluntaria. vt ſi quis cogatur reſti/
tuere rē: ⁊ talis reſtitutio ꝓpe nō ē merito
ria cum non fiat libera voluntate reſtituē
tis. Alia eſt realis ⁊ voluntaria: vt ſi quis
ſponte reſtituat rem ad eſtimationem vel
arbitrium boniviri: ſeu iuxta conſilium ec
cleſie. Alia eſt reſtitutio voluntaria ⁊ non
realis: vt cum quis tentus reſtituere non
habet vnde: ſed habet bonamvoluntatem
reſtituendi: ⁊ talis reſtitutio volūtaria in
non habentibus bene dicitur ſufficere: cū
voluntas apud deum ꝓ facto reputet: ſcʒ
in illo cui deeſt facultas. in glo. in. c. i. extra
de eo qui mit. in poſ. cauſa rei ſer. tamē nō
obſtante tali voluntate tentus. ad reſtitu/
tionem debet conteri ⁊ confiteri cum ꝓpo
ſito realiter ſatiſfaciendi ſi ad pinguiorē
venerit fortunam. ⁊ iſtud videt ſonare pn/
cipium littere auctoris. Secunda pars eſt
ibi: Fur vſurator ⁊c. vbi auctor noſter inſi/
nuat illos qui precipue tenentur ad reſti/
tutionem dicens: ꝙ ſunt illi qui in littera
continētur. Pro iſtius ſecunde partis ma/
iori declaratiōe queritur primo vtrum in
furto rapina ⁊ huiuſmodi debeat fieri re/
ſtitutio. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſic: niſi
in caſu extreme neceſſitatis in quo omnia
ſunt cōmunia. in. c. ſi quis. de fur. verunta
men in rebus minimis que tanꝙ derelicte
videntur a domino furtum non cōmittit
etiam ſi capiātur occulte: ſicut eſt acus: pē
na: nec tenetur accipiens ad reſtitutionē
niſi haberet animum furendi: ⁊ nocumen/
tum inferēdi ꝓximo: quia ſic furtum com
mitteret ⁊ ad reſtitutionem teneret ꝙtū/
cunqꝫ paruum eſſet. ¶ Queritur ſi aliqs
accipiat rem alterius occulte auctoritate
iudicis vtrum cōmittat furtum. Solutio.
Dicendū eſt ꝙ non: qꝛ ſibi debitum factū
eſt ſententialiter ad iudicādū ⁊c. ¶ Que
ritur vtrum ille qui rem ſuam occulte acci
pit ſub alio detentā cōmittat furtum. So
lutio. Dicendum eſt ꝙ non: nec ad reſtitu/
tionem tenetur cum non grauet eum qui
iniuſte detinet: tamen peccat contra cōem
iuſticiam dū vſurpat ſibi vſum ſue rei or/
dine iuris pretermiſſo: ideo tenetur deo ſa
tiſfacere ⁊ confiteri. ff. vnde. vi. l. ſi quis in
tantam: ⁊ de his que vi me. c. ad audientiā
Super hoc tamen quidam dicunt. ꝙ ſi per
ſona que rem detinet ſit ita fortis ꝙ alius
contra eam poſſet litigare in accipiendo
ſic rem ſuam non peccat: quia in hoc obti/
net vim iuris. Similiter ſi iudex ſit abſens
vel fauorabilis iniurianti: quia in talibus
ſm Gofredum conceditur cuilibet a iure
ꝙ bono modo rem ſuā accipiat nec in hoc
peccat. Opinio tamen beati Thome q̄ pri/
ma eſt: eſt cōmunior. ¶ Queritur de his
qui rem ſuam apud alium depoſitam acci
piunt. Solutio. Dicendum eſt ꝙ peccāt: qꝛ
grauant depoſitarium ⁊ poſſunt compelli
ad reddendum ⁊ releuandum grauamen
depoſitarij. ¶ Queritur nūquid poteſt
aliquis rem iniuriantis accipere furtiue
ꝓ re ſua violenter detēta. Solutio. Dicen/
dum eſt ꝙ rem alterius loco rei ſue abla/
te etiam violenter cum in re illa nunꝙ do
minium habuerit non licet accipere alicui
⁊ qui hoc facit peccat. ⁊ ad reſtitutionē te/
netur. Hec eſt opinio magiſtrorum cōmu/
nior: ꝙuis ſint opiniones in ꝯrariū. Tn̄ omiſ
ſis oibus tutius eſt dicere ꝙ nihil accipia
tur alienū cū iſta eſtimatio difficiliter ha/
beat ⁊ ad capiendū ſint hoies ꝓni. Furtuʒ
enī eſt ꝯtrectatio rei aliene ꝯ dn̄i voluntatē inſti.
d obli. q̄ ex delic. na. in pn̄. ⁊ facit ex d elec.
c. dudū ⁊ furti noīe oīs rapina ⁊ oīs illicita
vſurpatio rei aliene ꝓhibent. ꝑ magi. ſen.
xxxviij. diſt. iij. ⁊. xiiij. q. v. c. pe. Tn̄ differūt
furtū ⁊ rapina: qꝛ furtuʒ cōmittit ſine illa
tione violētie dn̄o rei. rapina ṽo eſt remo
tio rei aliene ⁊ hoc cū violētia. ¶ Queritur
vtrū rapina ſit grauius pctm̄ ꝙ furtum.
Solutio. Dicendū eſt ꝙ ſic: quia magis re/
pugnat voluntati illius cui auferꝫ: qꝛ fur/
tum fit per ignorantiā illius cui aufertur
rapina ṽo ꝑ violētiā: ideo cū nullus ptātē
hēat ſuꝑ aliū niſi ꝑ ptātē publicā q̇cūqꝫ vio
lenter aliquid alteri aufert non vtens ptā
te publica rapinam euidentem cōmittit. ⁊
ad reſtitutionem tenetur in. c. ſuper eo. de
rap. et incendi. tamen principes qui ſunt
cuſtodes iuſticie propter conſeruationem

UVA. BHSC. IyR_242

reipubli. ſi exigant quod eis ſm iuſticiam
debetur quācꝫ violentiam adhibeant non
cōmittunt rapinam. Similiter ad impu-
gnandum hoſtes ſi per violentiam a ſuis
ſubditis accipiant non committunt ra-
pinam. Si vero abſqꝫ ratione ꝛ contra iu-
ſticiam aliquid abſtulerint violenter rapi
nam cōmittunt: ꝛ ad reſtitutionem tenent
ſicut latrones et veſpertiliones: ſimiliter
illi qui in bellis predātur ſi bellum fuerit
iuſtum rapinā non cōmittunt: ſed poſſunt
peccare ex mō depredādi: ſcꝫ ex nimio ap-
petitu acquirendi vel accipiendi ꝛc. Si ve
ro bellum fuerit iniuſtum predātes rapi-
nam cōmittunt ꝛ ad reſtitutionem tenent
Cum hic fiat mentio de bello iuſto queritur
quot modis bellum dicatur iuſtū. Solu.
dicendum eſt ſm compen. ſeptem ſacramē
torum ꝙ bellum dicitur iuſtuꝫ tribus mo
dis. Uno modo cum fit auctoritate princi-
pis cuius mandato bellum eſt gerendum
quia principibus ꝛ publicis perſonis per
tinet bella mouere ꝛ non priuatis. Secun
do modo cum cauſa eſt iuſta: ſcꝫ cum illi q̄
impugnantur ſunt culpabiles. Tertio mo
do cum intentio eſt recta. ita ꝙ ille qui im
pugnat intendit malum corrigere ꝛ bonū
ꝓmouere. Si vnum iſtorum deſit bellum
dicitur iniuſtum ꝛ illicitum. ¶ Pro vlteriori
declaratione iſtius materie. Hoſtiē. in illa
extrauagante Inno. ꝓ humani. in gloſa ſu
per verbo diffidatus eque. decretalis eſt
hodie in ſexto ſub titulo de homici. ponit
ſeptem ſpecies belli. Prima ſpecies eſt bel
lum rationabile: ſcꝫ contra infideles. l. ho-
ſtes. ff. de cap. Scōa ſpēs eſt bellū iudicia
le quod fit auctoritate iudicis contra con
tumaces ꝛ ꝓ defenſiōe iuriſditionis. in. l.
que reſtituere. ff. de rei vendi. Tertia ſpe-
cies eſt preſumptuoſum. C. de ſedicioſis. l.
i. ꝛ. ij. Quarta ſpēs eſt bellū licitū quotiēs
fit auctoritate iuris. C. qū li. vnicuiqꝫ ſi-
ne iudi. ſe vindi. l. i. ꝛ. ij. ꝛ. l. vt vim. ff. de iu-
ſti. ꝛ iur. Quinta ſpecies belli dicitur bellū
temerarium quando cōtra auctoritatem
iuris bellatur. de ſenten. excom. c. perpen-
dimus. ꝛ. c in audientia. Sexta ſpecies eſt
bellum voluntarium quando ſine cauſa fit
guerra. xxiij. q. i. c. noli. Septimum dicitur
bellum neceſſarium ſe defendēdo contra
voluntarie ſe impugnātes. de reſtitu. ſpo.
c. olim. ꝛ de ſenten. excom. c. dilecto. lib. vi.
Et iſtorum dicit Hoſtien. ꝙ quattuor ſunt
iuſta. ſcꝫ rōnabile iudiciale licitū ꝛ neceſſa
rium. Et vlterius dicit idē Hoſtien. ꝙ bel-
lum iuſtum debet precedere diffidatio. in
c. ꝓ humani. allegato. quod intendit quan
do eſt bellum de xp̄ianis ad xp̄ianos ꝛ qū
ſit iuſta de cauſa que in principe preſumi-
tur. iuxta. l. omium. C. de teſta. iuncta. l. hu
manum. de legibus. Ioh. blanchi in ſum-
ma qui mo. feu. amit. §. ꝛ debet dn̄m iuua
re. ponit aliqua notabilia ſcꝫ ꝙ iuſtum bel
lum dicitur ex pſona ex re ex cauſa ex ani-
mo ꝛ ex auctoritate. Ex perſona: ſcꝫ vt pre
lians ſit ſecularis ꝛ nō eccleſiaſticus ꝓpter
effuſionē ſanguinis. extra nec cle. vel mo.
c. clericis. ꝛ. xxiij. q. viij. c. clerici. ꝛ. c. ſepe ni
ſi in neceſſitate ineuitabili. extra de homi
ci. c. poſtulaſti. ꝛ de ſentē. excom. c. ex timo-
re. Et ideo dicit Inno. in. c. olim. allegato.
ꝙ prelatus in prelio poteſt intereſſe ꝛ pſe
qui ſed non occidere. Ex re ſcꝫ vt fiat pro
rebus defendendis vel pro defenſione pa
trie vel legum paternarum. xxiij. q. ij. c. i.
Item dicit Inno. in. c. ſi nulla. xxxiij. q. viij.
ꝙ clerici ꝓ tali cauſa pugnātes ꝛ lapides
vel ſimilia iacientes: dum tamen non occi-
dant non ſunt irregulares: vt de cleri. per
cuſ. c. penul. ꝛ vlti. Ex cauſa. ſ. quādo ꝓpter
neceſſitatem pugnatur: ſcꝫ vt per pugnaꝫ
pax acquiratur. xxiij. q. i. noli. Ex animo vt
non fiat ꝓpter odium vel vltionem vel cu
piditatem: ſed ꝓpter charitatem iuſticiaꝫ
ꝛ obedientiam ꝛc. eadem. q. c. quid culpat̄
Ex auctoritate hoc ē auctoritate eccleſie ſi
eccleſia ſit ſuperior indicētis bellum ꝛ ma
xime quando pugnantur ꝓ fide vel aucto
ritate principis ſecularis ſi ſit ſuperior in
dicentis bellum: vt in. d. c. quid culpatur
ꝛ ꝑ Panor. in. c. excōmunicamus. de hereti
cis. Et concludit dictus Iohan. blanchi ꝙ
niſi alterum ex predictis interueniat non
eſt iuſtum bellum: nec compellitur vaſal-
lus dn̄m ſuum iuuare. Sed quia de vaſal-
lis ſit hic mentio. ¶ Queritur vtrum va
ſallus teneatur dominū ſuum iuuare pro
prijs ſumptibus. Doctores dicūt quia aut
queritur vtrum vaſallus teneatur iuuare
dn̄m ſuum in patria: ꝛ non eſt dubiū quin
ſic. etiam ꝓprijs ſumptibus: dum tamen
habeat feudum ſufficiens ex quo poſſit fa
cere ſumptus: aliꝰ dn̄m ſuum non debet iu
uare: niſi dn̄i ſumptibus. argu. ff. de op. li
ber. l. ſuo victu. ꝛ duabus legibus ſequen.
in aut. de manda. princip. §. illud quoqꝫ. ff.
ſi ſeruitus ven. l. ꝛ ſi forte. §. etiaꝫ. l idemqꝫ
§. idem labeo. ff. manda. l. meuia. §. vxore.

UVA. BHSC. IyR_242

de an.leg.⁊ ſibi per Bart. Aut queritur an teneatur vaſallus iuuare dñm ſuuꝫ extra patriam.⁊ dic ꝙ ſic dñi ſumptibus. ꝓ quo l.modios. in fine cum ibi not.dum tamen dominus habeat iuſtam cauſam ⁊c. ⁊ hoc quo ad furtum ⁊ rapinam. ¶ Queritᷣ in textu ſecunde partis diuiſionis littere vſuratoꝛ.vbi dicit auctoꝛ noſter ꝙ vſurarij tenētur ad reſtitutionē. Unde vſurarius eſt qui capit aliq̄d vltra illud qđ mutuat aut accipere intendit. ¶ Pro declaratione iſtiꝰ eſt notandum ꝙ quedam ſunt res quaruꝫ vſus eſt ipſarum conſumptio: ſicut tunica vinum: bladum oleum: ligna ⁊ ſimilia.⁊ in talibus rebus cum non habeant vſumfructum non poteſt ſeoꝛſum computari res ⁊ vſus rei: ſed cuicunq̧ conceditᷣ vſus rei talis ⁊ ipa res conceditᷣ ⁊ cuicunq̧ tales res concedūtur per mutuū transfertur in eū cui mutuatᷣ ipſaꝝ rerum dñium. ideo quicunq̧ mutuat alteri pecuniā: bladū vinuꝫ ⁊c. non poteſt retinere ſuper illud dñium cum vtendo coꝛrumpantur: ⁊ ideo vſus talium rerum vendi non poteſt: quia ſi quis vellet vendere bladum vinū ⁊c. ⁊ ſeoꝛſum vſum vini vel bladi venderet bis eandem rem vel venderet id quod non eſt: cū vinū ſit iam potatum vel bladum cōmeſtum. ⁊ ſic contra iuſticiā faceret ⁊ peccaret. in.c. ſi feneraueris.xiiij.q.iij. Similiter q̄ mutuat vinum aut triticum et petit vnam recompenſationem equalis rei vel aliam recompenſationem pro precio vſus rei contra iuſticiam facit ⁊ tale mutuum ſiue vēditio vſura eſt que ſm Papiam dicitur incrementum fenoꝛis: ⁊ ſic de omnibus talibus rebus que vtendo conſumuntur pro vſu rei nihil accipiendū eſt: quia vſura ⁊c. Sunt autem alie res quarum vſus nō eſt ipſarum conſumptio ⁊ habēt vſufructum ſicut ager equus domus ⁊ conſimilia. ⁊ in talibus poteſt ſeoꝛſum vēdi res ⁊ vſus rei vt cum aliquis mutuat equum aut agruꝫ aut domum ⁊c. poteſt pro vſu rei talis accipere precium. nec in hoc peccat. ff. de iureiurādo.l.eum qui.⁊ in gloſa.c. ſi feneraueris allegati. Breuiter dicendū eſt ꝙ cuꝫ vſuram vtriuſq̧ teſtamēti pagina deteſtetᷣ de vſur.ca. ſuper eo. vſurarius mutuando pro vſura peccat: ⁊ ad reſtitutionem tenetᷣ nec ꝓpter hoc peccat qui ꝓpter neceſſitatem ſuā accipit pecuniā alteriꝰ ſub vſura quia ſue neceſſitati ſubuenit. Secus eſſet ſi abſq̧ neceſſitate hoc faceret: quia ſic accipiēs peccaret ⁊ vſurarium induceret ad peccandum. Itē ille eſt particeps peccati vſurarij qui ſibi prebet aut p̄ſtat pecuniā vt ex ea vſuram exerceat. Ex quibus inducitur ꝙ non licet ꝓ pecunia mutuata vel quacunq̧ alia re q̄ vtendo ꝯſumitur plus exigere ꝙ̄ quātitatē pecunie vl' rei mutuate ſeu valoꝛem tempoꝛe quo mutuatur. Unde manifeſte vſuram committūt q̇ bladum vinum ⁊ huiuſmodi mutuant vel vēdunt ad precium tempoꝛe ſubſequenti: q2 tunc vſum rei iam conſumpte vendunt ſimiliter ⁊ tēpus ſm cōpendiū ſeptē ſacramentoꝝ. Item illi qui vēdunt res ſuas carius ꝙ̄ ſit iuſtū p̄cium ꝓpter expectationē ſolutionis vſuram cōmittit: q2 expectatio ſolutōis habet rōnem mutui: ⁊ in hoc etiā tēpus vendunt. in.c. conſuluit. de vſur. ⁊ ꝑ doct. ſuper illud Luc.vi. Mutuū date nil inde ſperantes. Similiter qui emit rē minus ꝙ̄ ſit iuſti precij ꝓpter anticipationeꝫ ſolutiōis vſuram cōmittit: q2 illa anticipatio tp̄is habet rōnē mutui cuius quoddā precium eſt illud qđ diminuitᷣ de iuſto precio ⁊ hoc maxime in rebus que tradi non poſſunt: ſicut ſunt illi qui emūt bladum in herba ⁊ hmōi. Item qui debet ad certum terminum pecuniam vel aliud ſi aliquid ſibi dimittatᷣ vt citiꝰ ſoluat ꝑ cautelā ſuam vſurā cōmittit: q2 tēpus ſolutiōis vēditᷣ: ⁊ ad reſtitutionē tenetᷣ: nec excuſatur ꝑ hoc ꝙ ſoluendo ante terminū grauatur vel a creditoꝛe iudicatᷣ ad hoc ſm compendium ſeptem ſacramentoꝝ. Similiter illi qui pecuniam accipiunt mutuo ſub vſuris ⁊ volentes recuperare vſuras vendēdo pānos aut alia mobilia pluſꝙ̄ valeāt ꝓpter expectationem ſolutionis vſuram cōmittūt cū in hoc tēpus vendatur: ⁊ illa expectatio rōnē habeat mutui: ⁊ nec poſſunt ſe excuſare eo ꝙ volunt ſe ſuare indēnes recuperādo in hoc vſuras quas debent. Poſſunt tamē mercatoꝛes licite vēdendo res ſuas repetere moderatas expenſas quas fecerunt in poꝛtatione earum: ⁊ ſicut patet in pānis et cōſimilibus rebus: nō tñ poſſunt repetere expenſas ſuperfluas. in.c. nauiganti. de vſur. ¶ Item ſciendum eſt ꝙ ſi alicui ꝓ pecunia obligetᷣ domꝰ ager aut alia res cuiꝰ vſus precio eſtimari debet: ille qui mutuauit vſum illius rei debet computare in ſolutionem ⁊ reſtitutionem pecunie mutuate in.c.i.⁊.ij. de vſur. ⁊ ſm Io.and.ibi. Niſi foꝛte talis res fuerit cuius vſus inter ami

UVA. BHSC. IyR_242

cos concedi cõſueuit ſine precio: ſicut liber
ꝛ huiuſmodi. ¶ Notandum eſt ꝙ decime
ex debito requiruntur: ꝛ qui eas dare no-
luerint: alienas inuadũt per beatum Tho-
mam.lxxxvij.q. Unde Geñ.xxvij. habetur
Cunctorum que dederis mihi decimas ti-
bi offeram. Itez.xvi.q.i.c.decime habetur
ꝙ de militia negociatione de artificio de-
bent decime reddi. ꝛ idem Auguſt. Tamen
de male acquiſitis que homo tenetur re-
ſtituere non debet decimas ſoluere: tamẽ
ſi ager ſit emptus de vſura de fructus ei⁹
tenetur vſurarius decimas dare ſi fruct⁹
illi nõ ſint ex vſura: ſed ex dei munere per
beatuz Thomam in.ij.ij.q.lxxxvij. Sed de
illis que acquirũtur ex turpi queſtu ſicut
meretricio: hyſtrionatu ꝛc. que nõ tenẽtur
reſtitui quid iuriſdico ꝙ talium debẽt de-
cime ſolui. tamen eccleſia abſtinet a taliuz
decimis ne videatur eorum peccatis cõmu-
nicare de premitijs fit mentio per beatuz
Thomam.q.lxxxviij. ¶ Queritur nunq̄d
ille qui mutuat ꝛ damnum incurrit ex mu-
tuatione pecunie ſue vel conſimilis rei po-
terit dãnum repetere. Solutio. Dicenduz
eſt ꝙ ille qui ſolummodo amore ꝛ beniuo-
lentia mutuat alteri pecuniam vel aliam
rem ꝛ nõ ꝓ precio poteſt ex pacto deduce-
re: cum eo qui mutuum accepit recompen-
ſationem damni quod mutuans incurrit
ex hac mutuatiõe: ſicut cum debet redde-
re pecuniam ad certam diem: ꝛ ille nõ ſol-
uit ꝓpter defectum ſolutionis mutuãs dã-
num incurrit poteſt repetere dãnum ſuũ:
nec hoc eſt pecuniam vendere: ſed ſe indẽ-
nem ſeruare: extra de fideiuſ.c.peruenit. ꝛ
xij.q.ij.c.ſi quis. ꝛ ff. ꝓ ſocio.l.ſocium. Q2
ꝙuis vſura non veniat in mutuo: venit ta-
mẽ intereſſe. Caſus eſt notabilis. extra de
ſo.compe.c.dilecti. ꝛ.ff.de in litem iurãdo
l.numerus.C. de ſumma trinita.l. cũctos
populos. ꝛ ſufficit cõfeſſio ſuper intereſſe
facta in carta mutui: vt notatur.ff. pro ſo-
cio.l.ſocium. ¶ Queritur nunquid obſe-
quium poteſt accipi ꝓ pecunia mutuata.
Solutio. Dicendum eſt ꝙ beniuolentia a-
mor ꝛ huiuſmodi poſſunt ex mutuo recipi
cum non poſſint pecunia menſurari. Mu-
nus tamen ab obſequio vel a lingua nõ po-
terit repeti: ſicut nec munus a manu cum
poſſit mẽſurari pecũia. qđ patet in ſuitori-
bus qui obſequium ſuum vendunt: ꝛ ſimi-
liter in aduocatis qui laborem ſui conſilij
ꝛ penam vendunt: veruntamen tale munus
ab obſequio vel a lingua ex ſola beniuolẽ-
tia poteſt accipi: non autem ex recompen-
ſatione mutuate pecunie. ſimiliter poſſet
accipi munus a manu vel donũ gratuituz
non ex pacto tacito vel expreſſo: qđ etiam
dans donaſſet anteꝙ̄ mutuo recepiſſet. idẽ
donũ ex beniuolentia ſolummodo poteſt
mutuans recipere: quia per mutuationez
nõ fit peioris ꝯditionis. in.c.putauit.xiiij.
q.iij. ꝛ.c.pleriq;. Super premiſſis nota ꝙ
licet non poſſit ꝓ pecunia mutuata pl⁹ exi-
gi ꝙ̄ pecunia: tamen ille qui committit pe-
cuniam mercatori vel artifici per modum
ſocietatis poteſt ſcilicet ille q̄ mutuat par-
tez lucri quod ex ea ꝓuenit repetere: ſicut
de re ſua: quia dominium pecunie nõ trãſ-
fertur in eum cui cõmittitur pecunia: ſed
magis remanet apud mutuantem: ꝛ hoc
intelligitur quando periculum dãni non
ſolum ſpectat ad ſuſcipientẽ: ſed etiam ad
mutuantẽ. Et ſic eſt licitũ ꝙ vn⁹ ſocius det
pecuniam ꝛ alius ſubeat laborem. in.l.vni-
ca.ff. ꝓ ſocio. ¶ Queritur nunquid oĩa
que lucrata ſunt ex pecũia vſurata ſint re-
ſtituenda. Solu. Dicendum eſt ꝙ̄ poſſeſſio-
nes que ex vſuris ſunt comparate nõ fue-
runt nec ſunt eorum quorum fuerunt vſu-
re: ꝛ ideo non ſunt eis totaliter reſtituẽde
cum ex induſtria ſua et labore ſuo ille qui
recipit vſuras eas acquiſierit. ꝛ forte quia
plus valent ꝙ̄ vſure: ſed quia obligate ſũt
his quorum fuerunt vſure. ideo precipit
vt vendantur ꝛ ipſarum precia reſtituant
ſm quantitatem vſurarum receptarum.
Et ſic intelligitur illa decretalis. cũ tu. de
vſu. Ille tamen qui recipit domum aut a-
grum aut pratum vel aliam rem que ha-
bet vſumfructum ab alio ſub vſuris non
ſolum tenetur reſtituere domum aut agꝝ
aut pratum ꝛc. ſed cum domo vel agro ꝛc.
tenetur reſtituere omnes fructus inde ꝑ-
ceptos: quia fructus illarũ rerum ſequun-
tur eas ꝛ eis debentur. in.ca.conqueſtus.
de vſuris. ꝛ.ca.i. ꝛ.ij. ¶ Aliud tamen eſt de
rebus que non habent vſumfructum: vt
ſunt bladum vinum ꝛ huiuſmodi: quia ſo-
luz eas tenetur reſtituere ille qui eas vſu-
ras recipit: nec illud quod acquiſitum eſt
ex illis rebus eſt reſtituẽdum cum nõ ſit
fructus earum: ſed humane induſtrie: niſi
forte per detrimentuz eius rei alter cuius
eſt res que eſt per vſurã extorta ſit nimis
damnificatus: quia ille tũc qui ꝑ vſurã eã
recipit tenet ad recompenſationem nocu-

menti. Queritur vtrum filij vſurarioꝝ teneantur ad reſtituendas vſuras. Solu. Dicendum ꝙ ſic per. c. tuas nos. de vſuris. Cuius textus eſt talis. Tua nos duxit fraternitas cõſulendum quid ſit de vſurariorum filijs obſeruãdum qui in crimine vſurarum eis defunctis ſuccedunt: aut extraneis ad quos bona vſurarioꝝ aſſeris deuoluta. Chariſſime tue queſtiõi in litteris preſentis reſpondetur ꝙ filij vſurariorum ad vſuras reſtituendas ea ſunt diſcretiõe cogendi qua parentes ſi viuerent cogerẽtur. Et ad ipſum circa heredes extraneos credimus exercẽdum. Unde deus dicitur punire filios ꝑpter peccata parentum: vt habetur Exo. xx. c. Ego ſum deus zelotes viſitãs peccata patrum in filios: quod nõ eſt intelligẽdum ad litteram. qm̃ vt habetur Ezech. xviij. Filius nõ portabit iniquitatem patris: nec pater iniquitatem filij: ſaltem in peccatis actualibus: ſed dicit iniquitates patrum redire in filios qui oderunt ipm̃: per quod oſtendit euidenter nõ ideo punire filios: qꝛ peccauerunt patres ſed quia eis ſimiles quodam hereditario malo deum oderſit. per magiſtrum. xxxiij. diſtin. ij. ſentẽ. Uſurarij enim manifeſti ad cõmunionem xp̄ianaꝝ: ſepulturam ⁊ oblatione altaris recipi non debent ſm Johã. andr. in. c. qꝛ in omnibus de vſuris. ⁊ hoc ſi in hoc peccato deceſſerint. ❡ Circa reſtitutionem faciendam ꝑpter dãnum illatuꝫ in rebus ſciendum ꝙ aliquis dãnificatur in reb⁹ dupliciter. Uno mõ qꝛ auferẽ ei qđ actu habet: ⁊ tale dãnum reſtituẽdum eſt ſm recompẽſationem equalem: ſicut comburendo domum vel interficiẽdo equum ⁊c. reſtitutio debet fieri ſm valorem dom⁹ vel equi. Alio modo dãnificatur aliquis: qꝛ impeditur ne adipiſcatur illud quod erat in via habendi: ⁊ tale dãnum non oportet reſtituere ex equali ſed ſm iuſtam eſtimationem damni cum poſſit pluribus de cauſis impediri: ſicut de blado ſeminato ⁊ lucro impedito ⁊ huiuſmõi ⁊ ſic nõ tenetur damnificans ad totum ꝓuentum reſtituẽdum: ſed ſolum ſm ratam ex ſcientia dãni illati vel impediti ad arbitrium boni viri De impdeimẽto autem beneficij ne alter adipiſcatur. Notandum eſt ꝙ multipliciter poteſt impediri. Uno modo impedit quis iuſte ne alter beneficium vel preben dam obtineat intendens ad cõmodum et honorem eccleſie: ſcꝫ vt detur dignior cum alter ſeu ipſe impedit⁹ dign⁹ nõ ſit: ⁊ talis nõ teneẽ reſtituere. Alio mõ ĩpedit' qs iniuſte. ſcꝫ cã odij: inuidie: aut vindicte ⁊c. Et tũc impediẽs ſi ille qui impediẽ nõdũ obtinuerit bñficiũ: ſꝫ ſit ſolũ in via obtinẽdi nõ teneẽ ad reſtituẽdũ equale cũ alter impedit⁹ nõ ſit illđ bñficiũ adeptum ⁊ poſſit plurib⁹ de cauſis ĩpediri: ſꝫ teneẽ ad recõpenſandũ ſm arbitriũ boni viri. Si vero iam adeptus fuerit bñficiũ ⁊ iaꝫ ſit firmatum ⁊ impediaẽ impediẽs teneẽ ad reſtitutionẽ equalẽ ſm ſummã ſeptẽ ſacramẽtoꝝ ⁊c. ❡ Queriẽ nunquid ſemꝑ eſt facienda reſtitutio ei a quo res eſt ablata: vel ei cui damnũ eſt illatũ. Solu. Dicẽdũ eſt ꝙ ſic ſi poſſit inueniri vel heredi ſuo cuꝫ vna ꝑſona reputetur cũ eo. ita ꝙ ſi fuerit multuꝫ diſtãs dꝫ ei trãſmitti: ⁊ ꝓcipue ſi ſit res magni valoris: nec ex eo ſe teneat reſtituens ſe grauatũ ꝙ ei mittaẽ: ⁊ expẽſas faciat in mittẽdo qꝛ hoc eſt in recõpenſatione dãni illati qđ alter habuit ꝑpter defectum rei ſue. Si vero nõ poſſit ei cõmode mitti dꝫ in loco tuto deponi: vt ꝓ eo ſerueẽ. Si aũt ille cui reſtitutio eſt facienda ſit ignot⁹ dꝫ reſtitutio fieri ſm qđ poteſt: ſcꝫ ꝓ elemoſynas vel alio modo ſm cõſilium eccleſie. ❡ Queritur vtrũ ſtatim ſit ſemꝑ facienda reſtitutio. Solu. dicẽdum eſt ꝙ plures ſunt caſus in quibus nõ eſt ſtatim faciẽda reſtitutio. Prim⁹ reſtitutio cederet in dãnũ recipiẽtis ſeu preiudiciũ: vtputa reddere gladium iracũdo. Scđs caſus eſt qñ cedit in infamiã reſtituẽtis: ſicut fur occult⁹ debet captare tp̄s quo ſine diffamatione reſtituat. Terti⁹ eſt qñ eſt impotẽtia in illo qui teneẽ reſtituere: qm̃ inanis eſt actio quam excludit inopia debitoris. de re. iu. actio eñi tũc ſopitur: ſed nõ tollitur ſcilicꝫ ſi veniat inops debitor ad pinguiorẽ fortunã. Extra de ſolu. c. Odoard⁹. ❡ Quartus caſus eſt qñ ille qui teneẽ eſt in extrema neceſſitate: qꝛ tũc ad ſuſtẽtationeꝫ nature ꝓpria ſiũt cõia. de verbo. ſig. lib. vi. Sꝫ ponatur caſus ꝙ ille qui teneẽ reſtituere ⁊ ille cui reſtitutio eſt ſiẽda: ſint ambo in extrema neceſſitate. quid iuris. Solu. Dicendum eſt cũ diſtinctiõe: qꝛ vel ille cui reſtitutio dꝫ fieri: deuenit ꝑmo ad extremã neceſſitatẽ vel ille qui teneẽ reſtituere vel vter ꝙ eodẽ tp̄e. Si primo modo debꝫ ei reſtitui. tum qꝛ ꝑmo fuit dñs rei. tum qꝛ fact⁹ eſt pauꝑ. Si ꝟo ille qui tenebaẽ reſtituere primo deuenit ad inopiã nõ teneẽ reſtitue

UVA. BHSC. IyR_242

re. Si vterqꝫ ſimul deuenerit ad inopiam
debet reſtitui dño principali qui nunqꝫ de
ſiſtit eſſe dñs ſue rei ſm determinationeꝫ
Landul.xv.diſtin.iiij. ¶ Queritur vtrū
mercatores teneantur ad reſtitutionem ſi
cōmittant fraudem vendendo ⁊ emendo.
Solutio. Dicendum eſt ꝙ cum emptio et
venditio ſint inuente ꝓ communi vtilitate
hominuꝫ ſm ꝙ re vnius alter indiget non
magis debet eſſe in grauamen vnius ꝙ al
terius. ideo debet ſm equalitatem rei cō-
tractus inſtitui que equalitas rei ⁊ quan-
titas menſuratur ſm precium pecunie ꝓ
qua res datur: ⁊ ideo ſiue preciuꝫ excedat
quātitatem valoris rei vel res excedat pre
cium totaliter non eſt equalitas iuſticie: ⁊
ſic vendere carius aut vilius emere ꝙ va-
leat eſt illicitum ſm ſe ⁊ peccatū. verūtamē
ſi in emptione aut venditione alter multū
leditur: vt puta quia vnus multuꝫ indiget
re alterius ⁊ alter leditur ſi ea careat in ta
li caſu iuſtum eſt vt non ſolum reſpiciatur
ad rem que venditur: ſed ad damnū quod
venditor incurrit. Et ſi ſubueniendo dāno
vendentis poteſt res vendi licite pluſqꝫ va
leat ſm ſe. licet non plus vendatur neceſſi
tatem habenti. Si tamen venditor non dā
natur carens re ſua non debet eaꝫ plus vē
dere ꝙ valeat: licet ille qui emit lucretur
ex ea: quia vtilitateꝫ que accreſſit alteri nō
eſt ſuū vendere: licet poſſit vendere dānuꝫ
ſuuꝫ: ⁊ ſic ad reſtitutionem teneretur. Qꝛ
tamen precium earū rerū non eſt ſm ſe de
terminatum: inde eſt ꝙ modicū plus ven-
dere vel minus emere non tollit equalita-
tem iuſticie: ſed ſatis ꝑmittitur. ¶ Que-
ritur quomodo venditio eſt illicita ꝑ defe-
ctum rei. Solutio. Dicendū eſt ꝙ tripliciť.
Uno modo ſm ſpeciem rei: ſicut ſi vendať
aqua pro oleo vel ſtannū ꝓ argento. Si vē
ditor cognoſcat defectū talem fraudeꝫ cō-
mittit. ⁊ ad reſtitutionem tenetur. Secun
do modo venditio dicitur illicita ſm quāti
tatem que ꝑ menſuram cognoſcitur. Ideo
[illegible]ditor ſcienter vtatur defectuoſa mē-
[illegible]eccat: ⁊ ad reſtitutionem tenetur: tū
[illegible]pter hoc inconueniens eſt eſſe diuer
ſas menſuras ſm diuerſitatem locoꝝ ꝓ-
pter diuerſitatem copie ⁊ inopie reruꝫ: qꝛ
vbi eſt maior copia rerū ꝯueniens eſt eſſe
maiorē menſurā. ⁊ idē dicendū eſt de pon-
dere. Hoc ꝑtinet ad rectores ciuitatū ⁊ nō
ad priuatas ꝑſonas. Tertio ex ꝑte qualita
tis vt ſi vendať animal infirmū ꝓ ſano: qui
ſcienter hoc facit fraudē cōmittit. et in oī-
bus predictis vendens ſciēter peccat ⁊ ad
reſtitutionē teneť. Si vero ignoranter hoc
fecerit nō peccat vendēdo: ſed qñ ad eius
cognitionē ꝑuenit debet recōpenſare em-
ptori. Et ſicut ex ꝑte vēditoris fraus cōmit
titur ſic qñqꝫ ex parte ēptoris: ſicut qñ ven
ditor ignorat reꝫ ſuā ꝑcioſam vt ſi det auꝝ
purū quod credit eſſe auricalcū emptor ſi
illud cognoſcat iniuſte emit minoris precij
ꝙ valet: ⁊ ſic in oībus alijs rebus q̄ nimis
vendſitur ꝑ ignorantiā vendentis ⁊ cogni-
tionem ementis. Sic etiaꝫ de illo q̄ vendit
aurū purū ꝓ auro ſophiſticato. ⁊ emēs co
gnoſcit ad reſtitutionē teneť. ¶ Similiter
ſi vēdat auꝝ ꝑ allꝛimiā factū ꝓ vero auro
fraudem cōmittit cū non ſit aurū ita ꝑcio-
ſum in ſubſtātia ſicut verū aurū. ¶ Que
ritur nunq̄d venditor teneť ſemꝑ dicere vi
cium rei quā vendit. Solutio. Dicendū eſt
ꝙ ſi viciū rei q̄ venditur occultū ſit: vendi-
tor debet illud ēptori manifeſtare alioq̄n
doloſa eſt venditio ⁊ peccat venditor, quia
dat emptori occaſionē dāni ⁊ periculi: ⁊ te-
netur venditor ad reſtitutionē ſeu ad recō
penſationē dāni: ſicut ſi vēderet equū clau
dicantē ꝓ veloci vel domū ruinoſam ꝓ fir-
ma: ⁊ cibū corruptū ꝓ ſano ⁊ huiuſmōi. Si
vero eſt viciū manifeſtū ſicut cū equus eſt
monoculus ⁊ hmōi: tqꝛ licꝫ non cōpetat vē-
ditori: poteſt tamē eſſe cōpetēs alijs ſi ipe
ꝓpter iſtud viciū ſubtrahat de precio ꝙtū
oportet nō tenetur ad manifeſtandum rei
viciū. qꝛ forte ſi manifeſtaret illō peccaret
emptor qꝛ ꝓpter illō viciū plus vellet ſub
trahere de precio ꝙ eſſet detrahendū. Bū
poteſt tñ licite venditor indēnitati ſue con
ſulere nō manifeſtando rei viciū ſed reti-
cendo. ¶ Nota tamē ꝙ in re vicioſa vendē
da cuius viciū venditor debet emptori ma
nifeſtare nō oportet ꝙ ꝑ preconem vendi-
tor illud viciū manifeſtet ⁊ ꝓnunciet: qꝛ ſic
terret oēs emptores ab emēdo qui alſ rē
nō cognoſcerent in quibus res eſt bona vł
inutilis: ſed ſufficit ſingulariter ei dicere q̄
rem vult emere ⁊ cui pōt oēs conditiones
rei ſimul aperire ſcꝫ bonas ⁊ malas: quia
nihil ꝓhibet eſſe in aliquo bonū et vicium
et in multis conditionibus eſſe vtile: et in
multis inutile. ¶ Item ſuper hoc nota ꝙ
res poteſt vendi ſm precium quod reperi
tur in illis locis vicinis. Unde ille qui de-
fert ad locum vbi chariſtia eſt bladum et
ſcit plura alios blada afferentes ꝑ quos



UVA. BHSC. IyR_242

melius forum habebitur. poteſt bladum
vendere ſm precium quod ibi inuenietur
nec tenetur de ratione inſticie manifesta-
re aduentum alioꝝ bladum apportantiū.
Si tamen hoc manifeſtaret vel de precio
ſubtraheret eſſet magne virtutis. De iſta
queſtione tractatur per beatū Tho. ij.ij. q.
lxxvij. ¶ Queritur nūquid poteſt quis
rem vendere pluſꝙ empta ſit. Solutio. Di
cendum eſt ꝙ rem abſolute vendere ꝓpt
cupiditatem lucri ſolum eſt inhoneſtum: ⁊
illicita eſt talis negociatio et clericis ꝓhi-
bitum eſt rem vēdere carius ꝙ empta ſit.
Si autem ꝓpter aliquem finem honeſtuꝫ
vt lucrum moderatū querat ad dom⁹ ſu-
ſtentationem vel ad ſubueniendū indigen
tibus. aut propter publicam vtilitatem ſcꝫ
ne res que ſūt patrie neceſſarie deſint: ſic
talis negociatio licita eſt ⁊ lucruꝫ expedit
non vt queratur quaſi finis ſed vt ſtipen-
diū laboris: nec ꝓprie talis eſt negociatio
Sed ille qui rem emit ſolūmodo vt carius
vendat negociatur: quia ſolum lucrū que-
rit ⁊ turpis eſt queſtus. Sed ille qui emit
non vt vendat ſed vt teneat ꝓpter neceſſi-
tatem ſubleuandam: et poſtmodum ꝓpt
cauſam neceſſariam vendit non negociat
nec talis venditio eſt negociatio: lꝫ carius
vendat ꝙ emerit pluribus de cauſis. Pri-
ma quia rem meliorauit: vel precium rei ī
mutatum eſt propter loci diuerſitatē aut
tēporis vel ꝓpter periculum cui emendo
ſe exponit vehēdo transferendo res ſuas
de loco ad locum vel eas ferri faciēdo: aut
ꝓpter alias neceſſitates occurrentes: ⁊ ſic
vendendo res pluſꝙ ſint empte non eſt ne
gociatio abſolute ſed iuſta venditio. Nego
ciatio em̄ clericis eſt ꝓhibita ꝓpter lucrū
terrenorū cuius eſſe debent contēptores
ne animum ſuuꝫ a diuino ſeruitio ſubtra-
hant ad quod ſpecialiter ſunt deputati. ij.
ad Thimo. ij. Nemo militans deo īplicet
ſe negocijs ſecularibus vt placeat ei cui ſe
ꝓmiſit. ¶ Queritur circa premiſſa vtrū
per preſcriptionem aliquis excuſetur a re
ſtitutione. Solutio. Dicendū eſt ꝙ preſcri-
ptio mala fide habita non valet. iō ſi quis
longo tēpore mala fide preſcripſit ſm ius
canonicū reſtituere tenetur reddendo qđ
abſtulit. Nam ius canonicum ſemper ten-
dit ad cōmodum animarū. Nullus autem
in peccato mortali exiſtens ſaluari poteſt.
Ideo qui mala fide preſcripſit eſt in pecca
to mortali cum rem alterius retineat in-
iuſte. Peccatum auteꝫ non dimittitur niſi
prius reſtituatur ablatum. ſꝫ Aug. xiiij. q.
v. niſi res. Quod autē talis preſcriptio ma
la fide habita non ſit ſine peccato. habet
extra de preſcript. c. quō omne. vbi dicit ꝙ
omne quod nō eſt ex fide peccatū eſt. Si-
nodali iudicio diffinimus vt nulla valeat
abſqꝫ bona fide preſcriptio tam canonica
ciuilis: cū generaliter ſit omni conſtitutio
ni deroganduꝫ que abſqꝫ peccato mortali
nō poteſt obſeruari. Unde oportet ꝙ qui
preſcripſit in nulla parte tēporis cōſcienti
am habeat rei aliene. Si quis ỽo preſcri-
bit bona fide poſſidendo nō tenetur ad re
ſtitutionem. etiam ſi ſciuerit alienaꝫ fuiſſe
rem poſt preſcriptionem. ¶ Pro cuius ma
iori declaratiōe eſt notandū ꝙ preſcriptio
eſt acquiſitio dominij vniuerſalis vel dire
cti per cōtinuationē poſſeſſionis tēporis a
lege diffiniti. ff. de vſucap. l. iij. Unde dire-
ctum dominiū habet qui eſt verus ⁊ prin-
cipalis dominus. Utile autē quādo in veri
tate non eſt dn̄s: ſed habet vtilitatem. Et
differūt vſucapio et ꝑſcriptio. qꝛ vſucapio
eſt in mobilib⁹: preſcriptio in īmobilibus
C. de edic. di. adri. tol. l. fi. Itē differunt: qꝛ
vſucapio cōpletur triennio: preſcriptio nō
Item vſucapio eſt fauorabilis: preſcriptio
odioſa. Conueniunt tamen in hoc qꝛ vtro-
biqꝫ requiritur iuſt⁹ titulus et bona fides
et cōtinuatio poſſeſſionis. de preſcrip. ſi di
ligenti. Preſcriptio enī eſt inter preſentes
decēnio: īter abſentes. xx. an. C. de ꝑſcrip.
lon. tem. l. diutina. tamē quedā ſunt ꝑſone
quibus nō obijcitur lōgi tēporis ꝑſcriptio
ipſo iure vt pupilli. ff. de acqui. re. do. l. bo
ne fidei. Itē res fiſci. inſti. de vſucap. §. res
fiſci. Item fundus dotalis nō poteſt ꝑſcri-
bi. ff. de fun. do. l. ſi fundus. Item reſpubli
ca ciuitatis. Item res furtiue. Item res ſa
cre. inſti. de vſucapionibus. ꝙuis ſm aliqs
res ſacre poſſint preſcribi quadragita an-
nis vt vtuntur dn̄i tēporales qui retinent
decimas a ſummis pontificibus ad tēpus
eis conceſſas pro expellendo inimicos fi-
dei ⁊ malefaciunt: quia quod pro neceſſita
te tēporis factū eſt ceſſante neceſſitate de-
bet ceſſare pariter quod vrgebat. i. q. i. qđ
ꝓ neceſſitate. de illa materia qui voluerit
vlteriora querere videat. de ꝑſcrip. c. cū nō
liceat. xvi. q. iij. c. prima actione. ¶ Que-
ritur quid iuris de reſtitutione nocumēti
illati in perſonā: vt eſt abſciſio mēbri. de-
floratio virginis ⁊c. Solutio. Dicendū eſt

UVA. BHSC. IyR_242

ꝙ abſciſio membri vel defloratio virginis non poteſt reſtitui ad equalē: cū membrū abſciſum vel integritas carnis reſtitui nō poſſit tū ſm recōpenſationē ad arbitriuȝ boni viri debet fieri reſtitutio: vt in pecunia vel honore ⁊c. Et hoc intelligitur de virgine que ꝑ violentiaȝ corrumpitur: quia ſi ex voluntate eius ſine fraude et violentia corrūperetur nō teneretur ad reſtitutioneȝ ille qui deflorauit. Unde magiſter ſententia. xv. diſtin. iiij. in fi. demit eñ iniuſte quis alicui quod reſtituere nō valet vt oculum vel vitam et huiuſmodi: ⁊ tamen ſi penituerit peccati cū amore condigne ſatiſfactionis veniā habet: nec ideo quiſꝙ putet qui rem alienā iniuſte abſtulit quā reddere poteſt de illo peccato penitere ac veniam conſequi niſi reſtituerit ablatum ⁊c. Mutilans tenetur ad reſtitutioneȝ ſm arbitrium boni viri: ⁊ ꝓ cura medicis ſoluēdaꝫ ꝓ victu miniſtrando quo careret mutilatus ꝓpter mēbrū mutilatū ⁊ toto tēpore vite ſue. extra de iniurijs ⁊ dāno dato. c. i. ff. ad. l. aquil. que actione in princ. tenetur etiaȝ mutilās ad conſolationē afflicti ſeu mutilati ⁊ ꝙ humiliet ſe ſibi. ¶ Homicida nō debet puniri pena talionis ſm leges. Tamen in ꝓpoſito credo ꝙ occidens tenetur ꝓpinquis occiſi iuxta damnū ⁊ ſuffragia ipendere pro anima occiſi ꝙuis nunꝙ poſſit equiualenter ſatiſfieri ſeu fieri reſtitutio. De leſione fame quomodo debet reſtitui eſt notandū ꝙ tripliciter videt̄ ꝗs alteri famam auferre. Uno modo verum dicendo ⁊ ordine debito ſeruato ſicut probendo crimen alterius ſm ordinem iuris: et ſic non tenetur reſtituere. ¶ Alio modo verū dicendo ſed non ordine debito ⁊ tunc debetur ad reſtitutionē fame quantū poteſt abſꝙ mendacio. ſ. dicendo ſe iniuſte alterum diffamaſſe. Et ſi famam reſtituere nō pōt debet ei aliter recōpenaſre. ¶ Alio modo falſum dicendo ⁊ iniuſte ⁊ tunc ſimiliter famam tenetur reſtituere et fortius ꝙ precedēs. ita ꝙ quibus ꝑdidit. i. corā illis corā quibus diffamauit tenetur dicere ſe malum dixiſſe ⁊ mentitū fuiſſe ac malū crimen ⁊ falſum aleteri impoſuiſſe. ideo ſcribitur: xxij. q. iiij. c. magne. ꝙ magne ſapientie eſt reuocare homineȝ quod male locutus eſt. Et eſt bene ſignanduȝ ꝙ illi qui ex officio ſuo habent ꝓuidere ſaluti animarum peccant niſi infamiam propriam a ſe repellant cum fama ſit neceſſaria ad edificationem proximi ſm Iſido. de ſummo bono. ⁊ de accu. c. qualiter. habetur ꝙ paſtores ſunt ſicut ſignum ad ſagittā quare debent eſſe ſine macula vt grex caleſcat odore boni exempli. Repellitur eī infamia dupliciter ſcȝ vel cauſam infamie ſubtrahendo: vel linguas detrahentiuȝ cōpeſcendo. ¶ Sequitur in textu auctoris ſymoni: vbi auct. vult dicere ꝙ ſymoniacus tenetur ad reſtitutionem. ⁊ eſt ꝓpria ſymonia emere vel vendere aliquod ſpirituale ſeu annexū ſpirituali. vel alio mō ſic. ſymonia eſt ſtudioſa voluntas emendi vel vendendi aliquod ſpirituale ſeu annexū ſpirituali. i. q. i. in cōtinuatione cauſe. ⁊. i. q. iij. c. ſtudent. Et dicitur ſymoniacus a ſymone mago q̄ primus fuit huius ſceleris auctor. Symoniacus eñ ꝙtuncunꝙ ſit occultus ipſo iure eſt ſuſpenſus. de ſymonia. c. tanta. Symoniacus eñ non poteſt ſaluari niſi renūciauerit beneficio ſymoniace acquiſito et niſi reſtituerit omne illud quod ꝑ ſymoniam fuit acquiſitum vndiꝙ. i. q. iij. ca. ſi ꝗs dator. De iſta materia tractaui latius i. c. de auaricia. ¶ Sequitur in textu vrēs: ſuꝑ quo eſt notandū ꝙ cōbuſtores ſacrorū locorum domorū ſegetū ⁊c. ſi impenitentes mortui fuerint carere debent chriſtianoꝝ ſepultura vt excōmunicati. Johannes andreas in. c. ſuꝑ eo. de rapto. ⁊ incendia. Tamen ſi in vita reſtituant vel caueant de reſtituendo in vita vel in morte admittūtur ad ſepulturam. Et intellige ſi fuerint abſoluti et vere penitentes. Johānes andreas in. c. in litteris de rapto. ⁊. c. peſſimā. xxiij. q. viij. Tamen nō eſt pretermittendū ꝙ incendiarij locorum ſacrorū excōicati ab epiſcopis ſuis publica denunciatione a papa ſolum poſſunt abſolui nō ab epis in. c. tuanos. de ſen. excō. in cuius glo. dicitur ꝙ incendiarij eccleſiarū ⁊ locorū ſacrorū ipo iure ſunt excōicati. Alij aūt incendiarij non ipſo iure. ¶ Sequitur raptor. Super quo eſt notandū ꝙ ſi aliquis rapuerit virginē tenetur eā ducere in vxorē ſi velit. ſin autēȝ tenet̄ eā dotare ad arbitriū boni viri. in. i. ca. de adul. ⁊ ſtup. Si autem repuerit ſpōſam alterius vt legitur Leuitici. xx. Deut. xxij. ⁊. xxvij. q. ij. capitu. omne itaꝙ. §. ſi ꝗs. debet mori. Quia ibi dicitur ſi quis ſponſam alterius oppreſſerit morte moriatur. quia matrimonium violauit. ⁊ eadem. q. capitul. deſponſatas puellas. Habetur ꝙ tam raptor ꝙ rapta niſi velint redire ad



UVA. BHSC. IyR_242

priſtinum ſtatum excõmunicentur ⁊ ana‑
thematizentur ⁊ omni cõmunione priuen
tur. Mulier in ciuitate oppreſſa ſi non cla
mauerit rea eſt adulterij. Si in agro ⁊c.
Innoxia cenſetur. Uiolentum autē legib⁹
ſubiacere deſtinamus. xxxiij. q. i. c. nõ ſatis
Alia eſt rapina que dicitur ſacrilegium vt
rape mulierē ſacratā rape. ſacrū de ſacro
ſacrum de non ſacro. non ſacrum de ſacro.
vt habetur in. c. quiſquis. xvij. q. iiij. et per
Magiſtrū ſententiarū. xxxviij. diſtin. iij.
ſententiarum. ¶ Alia eſt rapina que eſt abla‑
tio rei aliene cum violentia. Unde Eccl's.
xxiiij. Qui aufert in ſudore panem quaſi q̄
occidit proximū ſuū. Tales raptores com‑
parantur lupo. Soph. iij. Iudices eius lu‑
pi veſpertini. Similiter comparantur leo
ni ⁊ vrſo. Prouerbio. xviij. Leo rugiens et
vrſus eſuriens princeps impius ſuper po
pulum pauperem. De talibus enim loqui
tur dominus. Eſaie. i. Cum multiplicaueri
tis orationes veſtras non exaudiam quo‑
niam manus veſtre ſanguine id eſt pecca‑
to ſeu corruptione plene ſunt. Nec oratio‑
nes bonorum pro eis facte exaudiuntur:
quia aduerſantur eis lachryme pupillorū
et viduarum. ſm beatum Auguſtinum ſu‑
per illud. Auribus percipe lachrymas iu‑
ſtorum. Nullum enim profectum poteſt
raptoribus facere rapina nec corpori nec
anime. Primo corpori: quia ſubſtantie im‑
piorum ſicut fluuius torrentes ſiccabun‑
tur. Iob. Nec anime: quia de male acqui‑
ſitis non poſſunt facere opus fructuoſum
iuxta illud Eccl'ia. xxxiiij. Qui facit elemoſy‑
nam vel ſacrificium ex ſubſtantia paupe‑
ris eſt quaſi ille qui victimat filium in cõ‑
ſpectu patris. Talium enim raptorū iudi‑
ces erunt pauperes quos ſpoliauerunt.
Iob. Pauper ibi iuſticiam tribuit ⁊c. quia
de illa materia tractaui in ca. de auaricia.
¶ Sequitur i textu. Iuris deceptor. ſuper
quo eſt notandum ꝙ iuris deceptores ſūt
mali iudices: mali aduocati: ⁊ notarij. pra
ui teſtes ⁊c. qui malas cauſas ſcienter: con
ſulunt ⁊ conducunt ⁊ bonas fraudulenter
faciunt malas. Omnes enim tales tenen‑
tur ad reſtitutionem. de iudicibus peruer
ſis et aduocatis. xi. q. iij. quaſi per totum.
De periurijs ⁊ iuramentis indebite pro‑
latis. xxij. q. i. ⁊. ij. quaſi per totum. ⁊ ꝙ pe‑
nitentia ſeptenni debent puniri vna cum
ſatiſfactione condigna. xxxiij. q. iij. ca. hoc
ipſum. ⁊ in. c. neceſſarie. xxij. q. iiij. De iſtis
prauis iudicibus ⁊ aduocatis legitur ſm
beatum Auguſti. ꝙ ſunt ſimiles immo pe‑
iores hereticis: quia ſunt falſarij legum ⁊
canonum. Hereticus enim quandoꝗ ſua‑
det hominibus quot putat eſſe credendū
ſed malus aduocat⁹ ſuadet iudici vt agat
quod ſcit non agendum. Mali enim aduo
cati hoſtes ſunt iuſticie veritatis ⁊ equita
tis quarum tamen ſe amatores ⁊ defenſo‑
res ꝓfitentur: ideo de ipſis poteſt dici il‑
lud Eſaie. lix. Conuerſum eſt retrorſum iu
dicium ⁊ iuſticia longe ſtetit: corruit i pla‑
teis veritas: ⁊ equitas non potuit ingre‑
di. Aduocati eñ mali ſunt hoſtes chriſti.
Nam chriſtus in mundū venit vt pacē face
ret. Aduocati eñ diſcordiam ⁊ litē amant
et querunt. De talibus aduocatis legitur
in quadam tragedia Senece ꝙ cuidā vi‑
ſum fuit Nero. apud inferos vidiſſe balne
antem miniſtros vero circa eum aurū flu‑
ens infundentes: ⁊ inter cetera vidit cho‑
rum aduocatorū ad ſe venientem q̄bus di
cebat. O venale genus hominū ⁊ aduoca‑
ti amici noſtri huc accedite et in hoc vaſe
omni genere tormentorū repleto mecum
balneamini adhuc eñ vobis ſupereſt loc⁹
Similiter falſus teſtis tenetur ad reſtitu
tionem dāni quod ille contra quem teſta‑
tus eſt male incurrit ſm Landul. xv. diſti.
iiij. ſenten. ⁊. ij. q. i. c. votū facientem. Seq̄‑
tur in textu. Alienarūꝗ repertor. Super
quo notandū eſt cum diſtinctione que ha‑
betur in gloſa. xiiij. q. i. c. Si quid inueniſti
vbi dicitur ſi inueni rem aliquā habitam
pro derelicta ⁊ intendam eā furari non cõ
mitto furtū ⁊ ſi non habetur pro derelicta
et credam ꝙ ſit non cõmitto furtū. Si tñ
non habeatur pro derelicta nec credo ꝙ
habeatur ſi eo animo accedi vt dño reſti‑
tuerem non committo furtum al's cõmit‑
to furtum ſi retineā. ff. de furtis. l. falſus.
§. qui alienū. Sed ſi quis inuenit theſau
rum in loco proprio ipſius eſt inuentoris
Si vero in loco alieno caſu fortuito dimi‑
dius erit ipſius inuentoris ⁊ dimidius do‑
mini loci. Si vero ſtudioſe queſiuit ⁊ inue
nit in loco alieno totus theſaurus erit do
mini loci. Si vero in loco ſacro vel religio
ſo caſu fortuito inuenit: totus theſaurus
eſt inuentoris: inſtituta de rerum diuiſio‑
ne. §. theſauros. C. de theſau. l. nemo. Ta‑
men credo ꝙ ſi aliquid inueniatur in loco
ſacro ſiue caſu fortuito ſiue alio ꝙ debet
reſtitui illi qui amiſit ſi reperiatur: ſi nō aūt

UVA. BHSC. IyR_242

debet conſilio diſcreti ſacerdotis ſeu con-
feſſoris poni in edificio eccleſie. Si autem
in loco prophano aliquid reperiatur de-
bet repertor ſignificare rectoribus eccle-
ſiarum propinquiorum vt notificent in ge
nerali ꝙ ſi ſit aliquis qui amiſerit ⁊c. ꝙ ve-
niat ad ipſuʒ ⁊ datis certis interſignis rei
amiſſe repertor promptus eſt reſtituere.
Et ſi non reperiatur qui amiſerit debet re
pertor iudicio eccleſie erogare pauperibꝰ
ſeu in alia opera charitatis commutare.
Multi enī credunt ſine peccato eſſe ſi alie
num quod inuenerunt non reddant dicē-
tes deus dedit mihi cui debeo reſtituere:
diſcant hoc peccatū̄ eſſe ſimile rapine ſi q̄
inuenta non reddant. c. multi. xiiij. q. v. Si
autem aliquis theſaurus in domo agro
aut alia poſſeſſione alicuius reperiatur
debet ei reſtitui in cuius poſſeſſione fuit
res reperta. Et dico notanter theſaurus
quia ſi titius amiſerit burſam ſuaʒ in fun
do Meuij non pro tanto debet eſſe burſa
meuij: immo titij in facto conſcientie. De
illa materia teneo breuiter in facto cōſci-
entie ꝙ ſi aliquid inueniſti quod fuerit al-
terius ſiue in loco proprio ſiue alieno de-
bes reſtituere amiſſori ſi poſſis eum inue-
nire. ſin autem iudicio eccleſie debes diſtri
buere aliter non agitur penitētia niſi red-
datur res aliena. xiiij. q. vi. ca. ſi res. Et per
beatum Auguſtinum in epiſtola ad mace-
donium: ⁊ per magiſtruʒ ſenten. xv. diſtin.
iiij. ſenten. Nec ideo quiſꝙ̄ putet qui rem
alienam iniuſte abſtulit quā̄ recedere po-
teſt de illo peccato penitere ac veniā̄ cōſe-
qui niſi reſtituat ablatum. Talia enim illi-
cite acquiſita non ſunt in bonis noſtris. ff.
pro ſocio. l. cū̄ duobus. §. vlti. Et ideo de ta
libus non debet fieri deo ſacrificiū̄: cū̄ de-
beat fieri de bene acquiſitis. Thobie. iiij.
De tua ſubſtantia honora dominū̄. De illa
materia tractabo latiꝰ in. c. de elemoſyna.
¶ Sequitur in textu: rector dilapidās. Su
per quo eſt notandum ꝙ alienatio rei ec-
cleſiaſtice nō̄ tenet et qui eā̄ alienauit excō̄
municetur: niſi reſtituat. in cap̄. ſi quis pr̄ſ-
byterorum. de rebus alienandis vel non.
in ſumma. per Ioh. andreā̄. ⁊ quaſi per to-
tum titulū̄. Item talis alienator deponen
dus eſt vt preuaricator diuinarum rerum
et preceptorum caſſata omnino venditio-
ne que facta eſt in cap̄. non liceat. xij. q. ij.
Iteʒ qui emerit aut perceperit aliquid ex
predictis ⁊ non reſtituerit eccleſie iterum

que eccleſie ſunt anathema ſit vſꝙ̄ duʒ ſa-
tiſfecerit loco preallegato. Rectori eniʒ ec
cleſie de bonis eiuſdeʒ eccleſie non lʒ quic
ꝙ̄ donare cōmutare vel vendere niſi forte
propter aliquod horuʒ que ſequuntur. ſcʒ
vt meliora recipiat ⁊ cum totius cleri con
ſenſu vl' ſanioris partis id eligat quod nō̄
ſit eccleſie dubiuʒ profuturū̄. in. c. cū̄ apo-
ſtolica. de his que fiunt a prelato. Talibꝰ
eniʒ dilapidatoribus ⁊ alienatoribus ordi
ne iuri pretermiſſo dantur coadiutores ⁊
interdicitur omnis adminiſtratio ⁊ eccle-
ſie cōpetit actio perſonalis contra aliena-
toreʒ actio in rē contra poſſeſſorē. xij. q. ij.
ca. apoſtolicos. nec tenet iuramentū̄ in pre
iudicium eccleſie factū̄ etiā̄ ſi alienans iu-
raſſet nō̄ repetere. de iureiur. c. intellecto.
Tamen bona eccleſie poſſunt alienari tri
bus modis. pro alimonia pauperū̄. pro re
demptione captiuorū̄. pro edificatione ec-
cleſie. xij. q. ij. in ſumma. ⁊. c. aurū̄: habet ec
cleſia: ⁊ hoc de conſenſu illorū̄ ad quos ſpe
ctat: quia paſtor ꝓpria auctoritate nō̄ po-
teſt. in. c. vt ſuper aliqua. de rebꝰ eccle. ali.
vel non. Breuiter videre meo dilapidato-
res ſunt omnes illi qui prodigaliter patri
monia eccleſie diſſipant ⁊ alienant ordine
indebito. ideo ſunt ipſo iure excōmunicati
xi. q. iij. c. canonica. extra de ſenten. excōi. c.
conqueſti. ⁊. xv. ij. q. iiij. §. nullus res eccle-
ſie diſtrahat. ¶ Sequitur in textu. quiuis
damnū̄ male donans. Super quo nota ꝙ
quouiſmodo damnuʒ quis infert alteri in
debite tenetur ad reſtitutionem. extra de
iniurijs. ⁊ damno dato per totuʒ. ¶ Sequi
tur in textu pars adiecta ibi: mandans cō̄
ſilians ⁊c. vbi dicit auctor noſter ſuccincte
ꝙ non ſolū̄ auctores: ſed mandantes: iubē
tes cōſilium dantes: fautores ⁊ ceteri de q̄
bus in littera ſit mentio tenentur ad reſti
tutionem. in. c. quante preſumptionis: de
ſentētia excōica. Tamen ſi vnus reſtituerit
integre alij liberantur quo ad illum cui re
ſtitutio principaliter debet fieri ſed tene-
tur quiſꝙ̄ pro rata reſtituere illi qui pro
omnibus reſtituit: licet principalis auctor
primo et principaliter teneatur vnde rei
ſunt non ſolum qui faciunt: ſed etiam qui
conſentiunt facientibus. Et ſm̄ compendi
um ſeptem ſacramentorū̄ ſub paucis clau
duntur illi qui tenentur ad reſtitutionem
Unde verſus. Iuſſio conſilium conſenſus
palpo reuerſus. Participans mutus non
obſtans nō̄ manifeſtās. Iuſſio ſcilicet qui



UVA. BHSC. IyR_242

iubet iniuſte accipere vel damnuꝫ inferre. Conſiliũ id eſt qui dat conſiliuꝫ accipiendi rem alienam ſeu damnũ inferendi alteri. Conſenſus id eſt qui conſentit vt alter dãnificetur. Palpo id eſt adulans facienti. ſ. dicendo eſſe ſtrennuum factum ꝛ huiuſmodi ex cuius adulatione ſequitur damnum alterius. Reuerſus id eſt receptans dãtes damnũ vel adiuuans vel defendens. Participans id eſt cõmunicans vel ſocius maleficij. Mutus id eſt ille qui videns maleficium tacet ſiue ſit perſona publica ſiue priuata. Non obſtans id eſt non obijciens malefactoribus cum hoc poſſit vł facto vł dicto vt ſunt principes iudices ꝛc. Nõ manifeſtans malefactorem quando latitat. Omnes ei predicti tenentur ad reſtitutionem veruntamen principalis auctor tenet̃ primo ꝛ principaliter. Et ſi non habeãt vñ reſtituant peniteant cũ bona voluntate reſtituendi ꝛ recta intentione dñ habuerint vnde ꝛc. Ex premiſſis patet ꝙ omne alienum debet reſtitui vnde alienũ dicitur illud quod detinetur inuito dño. Et dicitur alienuꝫ quinqꝫ modis. Uno modo quia abſolute eſt ablatũ. Secundo quia de vſura acceptũ. Tertio quia damnũ alicui intulit ſicut quando tenetur ad intereſſe. Quarto quãdo ex aliquo fructifero prouenit vt habens agrum in pignore niſi fructus cõputet in ſortem alienum retinet. Quinto alienũ eſt quod acquiritur in ludo taxillorũ vel ſimiliũ lucrorum que non habẽtur ex induſtria hominum ſeu ingenio. De ludo taxilloruꝫ eſt notandũ illud quod habetur in glo. c. clerici. de vita et honeſtate clericorũ. ꝛ in glo. xxxv. diſtin. c. epiſcopus. vbi recitatur duplex opinio de acquiſitis in ludo taxillorum. Prima fuit ꝙ lucrãs in ludo taxillorum nõ debet reddere pecuniam perdentibus ſed erogare pijs operibus. i c. pleriqꝫ. de imunitate eccleſiaruꝫ. ꝛ in glo. c. clerici. de vita ꝛ honeſtate clericorũ. Alia opinio eſt ꝙ ille qui perdit rem in ludo taxillorũ poteſt repetere: ꝛ ideo eſt ſibi reſtituendum. ff. de alea. l. i. in fine. vbi dicitur ꝙ ſi ſeruus vel filiuſfamilias amiſerit: vel illi qui nõ ſunt ſui iuris paterfamilias dominus vel tutor poteſt repetere vſqꝫ ad quinquaginta annos pignus ſi expoſuerit ꝛ vſqꝫ ad triginta annos pecuniam. ꝛ ibidẽ notatur ꝙ ſi quis in illo ludo vendit hereditatem ſuam non tenetur de emptione accepta. ff. quarum rerũ actio nõ datur. l. ij. §. i. ꝛ ratio aſſignatur: quia licꝫ forte in ludo taxillorũ dominium trãſferatur repeti tamen poteſt. Landul. quidam venerabilis doctor ordinis fratrum minorũ ſuper xv. diſtin. iiij. ſentẽ. Tenet ꝙ lucrans in tali ludo tenetur ad reſtitutioneꝫ. Et amittẽs poteſt repetere vel ſi nonduꝫ ſoluit poteſt nõ ſoluere. Secus eſt de ludo ſcachorũ vbi potius humanuꝫ ingeniũ exercetur. Item ille qui trahit alium ad ludũ fraudulẽter tenetur ad reſtitutionem. Tamen alia opinio ponit̃ que talis eſt ꝙ ſi amittẽtes alio iuri ſubiecti ſint vt minores. xxv. annis ſerui furioſi ꝛ ſimiles eis. vel illis in quorꝫ poteſtate ſunt debet reſtitui illud qđ amiſerunt. Si autem nõ ſint alieno iuri ſubiecti illud quod amittunt debet pauperibꝰ erogari: quia vterqꝫ eo facto priuatur dominio talis rei. ¶ Queritur vtrum mulier que per adulterium ſuſcepit pueruꝫ ꝛ dedit marito vt ſuũ filiũ teneatur ad reſtitutionem. Solutio. Dicendũ eſt ꝙ talis adultera debet ſuadere honeſtis vijs vt intret religionẽ talis filius quem cõcepit ab alio a ſuo marito: vel ꝙ efficiatur clericus ꝛ viuat de beneficijs eccleſiaſticis: ꝛ nullo modo tamen tenetur prodere ſuũ crimen nec filio ſuo dicere ꝛ ſi nullam viam tandẽ inuenire valeat ꝙ iſte ſpurius hereditatem dimittat debꝫ de ſua dote ſi habeat vel de aliquo alio agere ad emendã heredi legitimã: quod ſi nihil habeat de peccato acerrime doleat ſm Landul. ſuper. xv. diſt. iiij. ſenten. ¶ Queritur ſi quis preſcindat venas i fundo ſuo per quas deriuat̃ aqua ad puteum vicini ſui taliter ꝙ aqua impeditur facere curſum ſuũ ſolitũ ſcꝫ ad puteum vicini nũquid tenetur ad reſtitutionẽ. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non ſi hoc fecerit ſine fraude ꝓprie vtilitati cõſulens puta quia vtile erat ſibi habere murũ ibideꝫ quiquidem murus nõ poterat cõuenienter aliter haberi niſi per pſciſionem venarum. ff. de reg. iur. nemo dãnatur. ille caꝰ habetur in. l. ij. ff. de no. oper. nũ. ¶ Sequitur in textu. Ibi quibus ꝛc. Ab iſta parte: vſqꝫ ad illam ſi fuit ignarus cõfeſſor. auctor declarat poteſtatem ſacerdotis quia aliquis poſſet dubitare vtruꝫ quilibet ſacerdos habeat poteſtatem abſoluendi ab oĩ caſu ſine exceptione. Et auctor noſter dicit ꝙ nõ: imo ſunt plures caſus in quibus cõfeſſor tenetur mittere penitentẽ ad dioceſanum vt eum abſoluat: vel vt penitentes

UVA. BHSC. IyR_242

remittat ad ſummū pontificem ſm caſus
enormitatem excepto caſu neceſſitatis vbi
de morte penitentis timetur: quia tūc qui
libet ſacerdos poteſt abſoluere penitentē
iniungendo ei ꝙ ſi cōualuerit ⁊ neceſſitas
ceſſauerit ꝙ adibit ad epiſcopū ſuū vl' ſuū
penitentiariū vel ſummū pontificē ꝓ ma
ioribus peccatis pro quibus niſi eminiſſet
articulus neceſſitatis erat remittend⁹: qꝛ
licet poteſtas ſacerdotalis que confertur
in ordine ſe extendat ꝙtuꝫ eſt de ſe ad om
nia peccata remittenda: tamen qꝛ ad vſum
huius poteſtatis ſequitur iuriſditio que
a maiorib⁹ in inferiores deſcēdit poteſt
ſuperior aliqua ſibi reſeruare in quib⁹ iu
dicii inferiori nō cōmittit. ⁊ enumerantur
cōmuniter ſexdecim caſus ꝓ quibus ſim
plex ſacerdos debet remittere penitenteꝫ
ad ſuū ſuperiorem: quiquideꝫ caſus conti
nentur in iſtis verſibus. Qui facit inceſtū
deflorans: aut homicida. Tranſgreſſor vo
ti: periurus: ſortilegusq;. Sacrilegus: pa
trum percuſſor: vel ſodomita. Et mentita
fide: faciens incendia prolis. Oppreſſor:
blaſphem⁹: hereticus: omnis adulter. Cle
rum percutiens is adeat preſuleꝫ. Inceſt⁹
eſt cōcubitus carnalis inter perſonas eiuſ
dem ſanguinis ſicut cū matre: filia cogna
ta ⁊c. Uel eiuſdē affinitatis: vt cū cōſangui
nea vxoris ⁊c. vſq; ad gradū prohibitū per
canonē. in. c. nō debet. de conſan. ⁊ affi. ⁊ ſi
cut cauſatur inceſtus ex parte viri: ita ex
parte femine quando cognoſcitur mulier
ab aliquo de ſuo ſanguine vſq; ad graduꝫ
prohibitū ⁊ ita poſſet dici de cōpatre ⁊ cō
monitionē poſſet impediri. Si vero pctm̄
occultū ſit in nocumentū peccātis ſolū vel
in nocumētum eius qui eum corripit ⁊ ſic
debet ſemper ſecrete corrigi. poſtea ſm ꝑ
ceptum domini ſi noluerit ſe emēdare de
bet corrigens adhibere duos vel tres te
ſtes ⁊ inſinuare ſuo ſuperiori vt eius pctm̄
corrigatur ⁊ ſic ſimplex admonitio ⁊ ſecre
ta debet precedere publicam. Itē de iuſti
cia publice honeſtatis corrigens debet eſſe
mundus ab eo in quo alium corrigit ſm
Jſido. de ſum. bo. tamen: ſi in pctō corrigat
aliquis alium tenet ſe emēdare. Qꝛ hic fit
mētio de opib⁹ miſericordie. ¶ Querit
vtrum in deo ſit miſicordia. Et arguit pri
mo ꝙ nō. Nam dicit Damaſ. ꝙ miſicordia
eſt compaſſio de alienis bonis. ſȝ cōpaſſio
non cadit in deum: ergo nec miſericordia.
¶ In oppoſitum eſt pſalm̄. d. Miſericors ⁊
miſerator dñs. Pro ſolutione iſtius dubij
eſt notādum ꝙ miſicordia eſt ꝟtus ꝑ quā
animus ſup calamitate afflictoꝝ mouet.
Ideo dicit Jſido. ij. ethimo. ꝙ miſicors a
compatiēdo aliene miſerie ſortitus eſt vo
cabulum: ⁊ hinc appellata eſt miſicordia:
quia cor dolentis facit miſerū aliena miſe
ria. Tunc ad dubium dicendū eſt ꝙ ex hoc
dicitur aliquis miſericors qꝛ miam alteri⁹
ſuam facit quod contingit dupliciter. vno
modo ꝙ aliena miſeria efficiatur inꝯ̄trum
compatit⁹ penitentia: ſic mia non eſt in deo
Anſel. Deus inquit miſicors eſt ſm nos et
non ſm ſe: miſicors qm̄ miſeros ſaluat. ſȝ
miſericors non eſt: quia nullius miſericor
die compaſſione afficitur. Alio modo dici
tur aliquis miſericors ſm quandam repu
tationē: quia miſeriā ꝑximi reputat quaſi
ſuam ⁊ exinde mouentur ad repellendum
eius miſeriam per beneficium. Ideo bre
uiter dicendum eſt ꝙ miſericordia non eſt
in deo ſm paſſionē ⁊ ꝑut miſericordia con
notat paſſionem triſticie: ſed miſericordia
eſt in deo ſm effectum quiquidem effect⁹
ex affectu volūtatis ꝓcedit q̄ nō eſt paſſio
ſed voluntatis actus. nos aūt naturali cō
paſſione mouemur ad miam: quia ſumus
membra vnius corporis. i. ad Cor. xij. Si
quid compatimur videamus quomō vnū
mēbrum compatitur alteri mēbro illius
corporis leſo. Iſtō eēm̄ precepit nobis dñs
Deut. xv. Precipio tibi vt aperias manum
tuam fratri tuo egeno ⁊ pauperi. Cui⁹ mie
excellentiam inſinuat nobis pſal. d. Miſe
rationes eius ſup omnia opera eius.
¶ Querit vtrū iuſticia ſit in deo. Solu.
Dicēdum eſt ꝙ duplex eſt iuſticia: diſtribu
tiua ⁊ commutatiua. In iuſticia diſtributi
ua requirit equalitas ꝓportionis nō quā
titatis. In iuſticia cōmutatiua requiritur
equalitas quātitatis non ꝓportionis: qđ
intelligendum eſt ſm poſſibilitatem acce

UVA. BHSC. IyR_242

dendi ad medium virtutis. In deo iuſticia cōmutatiua reſpicit premia: ſʒ ꝓ peccatis ſupplicia: ꝓ bonis gaudia eťna. Sʒ diſtributiua reſpicit naturales pfectiones cōſequētes naturā ſm quas vnus eſt pfectior altero. Tunc ad dubium dicendū ſi loquamur ꝺ iuſticia cōmutatiua q̄ reſpicit equalitatem quātitatis. dico ꝙ talis iuſticia nō eſt in deo: quia deus retribuit bonis vltra condignum citra condignum. Si vero loquamur de cōmutatiua in ꝓportiōe ꝓmiādo ſm ꝓportionem dico ꝙ iuſta eſt in deo Si autem loquamur de iuſticia diſtributiua dico ꝙ eſt in deo: qꝛ deus ꝓportionabiliter dat nature perfectiones debitas ⁊ cōuenientes ordine ſapientie ſue ſm Landul. ſuper. xlvi. diſtinc. iiij. ſen. Super mia narrat Greg. quoddam exemplū in omel. illius euangelij. Uidens ieſus ciuitatem fleuit ſuper illam. videlicet ꝙ quidam monachus noīe martyrius valde honorabilis religioſus tendens ad vnum patrē alteri⁹ monaſterij cauſa viſitationis quēdā leproſum in itinere reperit qui aſſerebat ſe nō poſſe ire ad hoſpitiuʒ pre nimia fatigatione itineris queʒ iſte Martyrius nolēs ibideʒ dimittere ſub tēpeſtate noctis iuoluit pallio ſuo ⁊ poſuit leproſum ſupra collum ſuum ⁊ portauit vſqꝫ ad portas monaſterij: vel quaſi tcum autem appropinquaret ad fores monaſterij: quidē pater eiuſdem monaſterij laudabilis vite clamauit ⁊ dixit religioſis eiuſdem monaſterij currite ad ianuas monaſterij: qꝛ frater Martyri⁹ venit portans dn̄m noſtrum: et ſtatim is q̄ leproſus videbatur de collo fratris martyrij exiliēs in ſpecie illa qua mūdū dimiſit: martyrio aſpiciente in celū aſcendit ⁊ aſcēdens dixit martyrio. tu non me erubuiſti ſuper terrā: ego non te erubeſcam ſup celos: ergo fratres chariſſimi multotiens venit deus ad nos in ſpecie peregrini. Luce xxiiij. In ſpecie mēdici leproſi ⁊c. quare debemus dilegenter attendere quis eſt qui petit elemoſynā. Math. xxv. Quod vni ex minimis meis feciſtis mihi feciſtis. Item debemus attendere quid petit: qꝛ nō nr̄m ſed ſuū petit. Unde Aug. dicit tibi xp̄s: da mihi de eo quod dedi tibi: ꝺ meo q̄ro ⁊ nō mihi das: da ⁊ reddaʒ. habuiſti me largitorem facito me debitorem. Unde ꝑme Paral. xxix. Tua ſunt omnia domine ⁊ que de manu tua ſuſcepimus dedimus tibi. Iteʒ debemus attendere ad quid petit. qꝛ non ad dandum: ſed ad mutuādum. Unde Auguſt. Homo qui feneraris deo fenerare ⁊ cētuplum accipies ⁊ vitam eternam poſſidebis Mat. xix. O magna ingratitudo hominum qui volunt mutuare alicui iudeo vel ſaraceno ⁊ nolūt mutuare deo. Meditemur eñ ꝙ debemus petere ab eo regnū eternū cui non volumus elargiri modicū panis. Si eñ negemus ei illud modicum negebit ⁊ ipſe nobis merito regnum eternum. Prouer. xxi. Qui obturat aurem ſuā ad clamorē pauperis clamabit ⁊ non exauditur: ergo ſimus miſericordes alter alterius indigentiam ſubleuantes ⁊c.

¶ Sequitur de oratione.

SEdulus exora dominū reuerēter adora.
Et ſibi nunc gratuʒ faciat te poſtqꝫ beatū
Sepe deum placat oratio cor bene mundat.
Hoſtes exuperat celos penetrando ſubintrat.
Chriſto preſentat que poſcens ſedulus optat.
Auxilium preſtat his quos tribulatio vexat.
Nos de⁹ orare iuſſit ſiƚ ⁊ vigilare.
Diſcipulis formam dans orandi quoqꝫ normam.
Que breuis eſt digna tenet in ſe cuncta petenda.
O pr̄ i celis regnās te poſco fideƚ
Nomen primo tuum ſit ſemper ſanctificatum.
Adueniat regnum celeſte tuum benedictum.
Uelle tuū fris fiat ꝑ nos ⁊ ī altis.
Da panem noſtrū nobis tu quotidianum.
Et parcas nobis mala ſicut nos inimicis.

UVA. BHSC. IyR_242

Et ſi tenemur non permittas ſuperemur.
Sed nos a cũctis defende malis et iniquis.
Sit tua tota gemens oratio: ſit pia feruens.
Primo ſit aſſidua: diſcreta ſit: ac operoſa.
Juſta ſit: ac humilis: attenta ſit: atq fidelis.

IStud capitulum de oratiõe diuidit̃ principalr̃ in quattuor partes. In prima parte auctor noſter ꝓponit. In ſecunda pte ponit vtilitates orationis. in tertia parte inſinuat formam orãdi a xp̃o ſaluatore noſtro ſuis diſcipulis traditam In quarta parte docet conditiões oõnis Prima in principio. Scd̃a ibi. Sepe deum placat. Tertia ibi. nos deus orare iuſſit cũ ſuis annexis. Quarta ibi. Sit tua tota gemens oratio. ¶ Pro declaratione prime ptis eſt notandum ꝙ oratio de vi vocis eſt oris ratio: ꝛ ſic apparet ꝙ oratio debet eẽ vocalis vt habet̃ in principio ſummalarũ: tamen compẽ. ſeptem ſacramentorum dicit ꝙ oratio que ſit pro populo a miniſtro eccleſie debet eſſe vocalis: oratio vero ſingularis perſone ſiue fiat ꝓ ſe ſiue ꝓ alijs poteſt eſſe mentalis: tamen a doctoribus adiungitur vocalis ꝓpter tria principalr̃ Primo ad excitãdum interiorem deuotionem. Secundo vt homo deo ſeruiat de oĩbus que habet ſcꝫ mente ꝛ corpore. Tertio vt mentis affectio vehemens per vocẽ exprimat̃. Item eſt premittendum ꝙ oratio ſumitur tripliciter: large: ſtricte: ꝛ ſtricti⁹. large enim omne bonum opus poteſt dici oratio. glo. ſuper illud. i. ad Theſſa. vlti. ſine intermiſſione orate. ſemꝑ eñi orat qui bene ſemꝑ agit. Stricte oratio dicitur petitio boni ſiue ad deum dirigatur ſiue ad aliquem ſanctum vel ſanctam celeſtis curie: ꝛ ſic letania dicitur oratio. ſtrictius dr̃ oratio nur eſt petitio boni que ad deum dirigit̃: ꝛ ſic proprie ſumit̃ hic. Et differunt oõ ꝛ depcatio. Nã oõ eſt ꝓ adipiſcendis bonis: ꝛ depcatio eſt ꝓ malis remouẽdis glo. ſuꝑ illd̃ ps. Exaudiuit dñs depcatiões ꝛ oroem meã ſuſcepit Et diffinit̃ ſic oratio a damaſ. Oratio ex aſcẽſus intellectus ad deum ꝛ accipimus hic intellectum prout comprehendit duas vires que ſunt ꝓprie anime rationali quarum vna eſt aprehenſiua: alia motiua. Apprehenſiua dicitur intellect⁹ q̃ ad deũ aſcẽdit a ꝯſideratiõe humanoꝝ defectuũ ad ꝯſideratione bonĩ ſufficiẽtiſſimi: ꝛ potẽtiſſimi ſupplere defectus illos. vbi notat̃ ꝙ orans dꝫ defectus ſuos cõſiderare. Deinde aſcẽdere ad liberalitatem illi⁹ qui hꝫ ptãtẽ facere ſeu ſupplere. Motiua vero dr̃ ipe affect⁹ ſeu volũtas q̃ inter ceteras potẽtias anĩe eſt liberalior quia nec cogitur organo nec obiecto: nec põt cogi ad contrariũ ſue volitiõis per aliquã creaturã: qꝛ ſolius trinitatis ipſi⁹ aĩe creatricis eſt eidẽ anime illabi ſm omnes doctores theologie vt viſum fuit ſuperius in rubrica de modo vitandi peccata. Alio modo diffinit̃ ſic ab eodẽ Damaſ. Oratio eſt petitio decentiũ a deo. Nõ eñi decet filios dei oĩa indifferẽter petere: nec deũ decet indifferenter omnia dare. Alio modo diffinitur ſic. Oratio eſt mentis cõuerſio in deum per pium ꝛ humilem affectũ

¶ Sequitur in textu ſecunda ps in qua auctor noſter docet vtilitates orõnis. ibi. Sepe deũ placat. ¶ Pro cui⁹ ptis declaratione eſt pretermittendũ ꝙ oõ eſt duplex ſcꝫ fructuoſa ꝛ infructuoſa. oõnum infructuoſarũ: quedã eſt ſimiatica q̃ ſit ſolis labijs. Math. xv. Populus hic labijs me honorat cor autem eorũ a me longe eſt. Alia eſt oratio iꝑpropera qualis fit oratio Helye cum petijt anime ſue vt moreret̃ quando fugiebat ꝓpter Jeſabel vxorem Acab: iij. Reg. xix. c. Alia eſt p̃ſumptuoſa qualis fuit oratio matris Johannĩ. ꝛ Jacobi filiorum zebedei dicentis ſaluatori noſtro ꝙ faceret ſedere duos filios ſuos vnũ ad dexteram ſuã ꝛ alium ad ſiniſtram: quibus dixit ſaluator noſter: neſcitis quid petatis Math. xx. ꝛ Luce. x. Alia oratio eſt ridiculoſa. qualis eſt oratio hypocritarum ſicut phariſei dicentis. Jeiuno bis in ſabbato decimas do oĩm q̃ poſſideo. Luce. xviij. Et de illa orõne infructuoſa textus auctoris non intelligitur. Oratio vero fructuoſa eſt que ſit puro corde: ꝛ humili affectu qualis fuit oratio Publicani q̃ nõ audebat leuare oculos ad celũ: ſed ꝑcutiebat pect⁹ ſuũ di. Deus ꝓpicius eſto mihi peccatori. Luc.

UVA. BHSC. IyR_242

xviij. Et ſicut fuit oratio filij pdigi dicẽtis
Pater peccaui in celum ⁊ coram te: nõ ſum
dignus vocari filius tuus. Luce. xv. Et de
illa intelligit auc. noſter cũ enumerat vtili
tates orationis. Quarum vna eſt ꝙ oratio
fructuoſa deum placat: vt habemus Exo.
xxxij. vbi dicebat dñs ad Moyſen. Dimit
te me vt tranſeat furor meus contra pplꝫ
iſtũ ⁊ deleã eos: qꝛ ydolatrauerũt adoran
do vitulũ cõflatũ dum moyſes aſcẽderat
montẽ. ſicut dñs pceperat ei p tradendo
moyſi precepta ⁊c. Et ſequit. Moyſes aũt
orabat dñm dicẽs. Cur dñe iraſcitur furor
tuus ſuper nequitia populi tui: ⁊ ſequitur
placatus eſt dñs ne faceret malum quod
locutus fuerat aduerſus pplm ſuũ. Alia
vtilitas orõnis eſt qꝛ infirmitatem ſanat.
Eccl. xxxviij. Filij in tua infirmitate ne de
ſpicias teipm: ſed ora deum ⁊ ipe curabit
te. ⁊ Jaco. vlti. c. Oratio fidelis ſanabit in
firmũ. Alia vtilitas eſt qꝛ vitam plongat.
Eſa. xxxviij. Audiui orõnem tuam ⁊ vidi la
chrymas tuas: ecce ego adijciam ſup dies
tuos. xv. annos. dixit dñs ad Ezechiam re
gem. Alia vtilitas eſt qꝛ de opprobrio libe
rat: vt habetur Thob. iij. de ſarra filia Ra
guel. Alia vtilitas orõnis eſt qꝛ liberat a
periculo ⁊ opprobrio: vt hr Dañ. xiij. De ſu
ſanna quam iniuſte duo ſenes accuſauerũt
de adulterio: ſed dum oraret deus eam li
berauit. Alia vtilitas eſt: qꝛ ab iimicis cor
poralib⁹ liberat Baruch. iiij. Clamate ad
dñm ⁊ eripiet vos de manu principũ ini
micoꝝ. ⁊ Act. xij. de beato Petro qui erat
vinctus cathenis duabus: ⁊ per orõnẽ vni
uerſalis eccleſie fuit liberatus p angelũ a
manibus herodis. Oratio in bello trium
phat corporaliter. Exo. xvij. c. Cuꝫ leuaret
manus Moyſes vincebat iſrael. i. popul⁹
ille cuius princeps erat Joſue. Plus enim
valet vnus ſctũs orando ꝙ innumeri pctõ
res preliando. ſuper librũ Numeri in glo.
Quomodo eñi oratio ſancti cum celuꝫ pe
netret in terris hoſtes nõ vincat. Orõ eñi
ſanat morbos. Jac. vltimi. c. Si infirmatur
qs ex vobis iudicat preſbyteros eccleſie ⁊
orent ⁊ oratio fidei ſaluabit infirmũ. Orõ
de hoſtibus ſpũalibus triũphat. vnde Iſi
do. Hoc eſt remediũ eius qui vicioꝝ tẽpe
ramẽtis eſtuat vt quotiẽs quis tãgitur vi
cio totiens ad orõnẽ ſe ſubdat: qꝛ frequẽs
orõ vicioꝝ impugnationeꝫ extinguit. Orõ
demones fugat. Marci. ix. hoc gen⁹ demo
nioꝝ nõ eijcit niſi p orõem ⁊ ieiuniuꝫ. Orõ
demones cruciat. vnde clamabat demo
nio plenus. Bartholomee apoſtole dei in
cendũt me orationes tue. Oratio hominẽ
illuminat. Vñ. iiij. Reg. i. c. Deſcẽdit ignis
de celo ad orationẽ Helye di. Oratio con
fortat. vñ Luce. xxij Poſitis genibus ora
bat. Pater ſi poſſibile eſt trãſeat a me ca
lix iſte: ⁊ apparuit illi angel⁹ de celo pfor
tans eũ vñ Hiero. xxxiij. c. Clama ad me et
ego exaudiã te. Oratio celũ aperit. Lu. iij.
c. Jeſu baptizato ⁊ orãte apertũ eſt celum
⁊ deſcẽdit ſpũſſanctus corporali ſpecie ⁊c.
Qui eñi vult cũ deo eſſe frequẽter oret et
legat. Nã cũ oramus ipi cũ deo loquimur
cũ legimus deus nobiſcũ loquit ſm Iſid.
Oratio etiã preeminẽtiã hꝫ reſpectu ieiu
nij ⁊ elemoſyne: in hoc ꝙ oratio ſe hꝫ in re
ſpectu ei⁹ qđ ſupra nos eſt ſ. reſpectu dei.
Elemoſyna vero ⁊ ieiuniũ reſpectu ei⁹ qđ
eſt iuxta nos ⁊ infra nos. Sũt eñi elemoſy
na ⁊ ieiuniũ quaſi due ale orõnis. vñ Iſid.
qui orationẽ ſuã vult volare ad deũ faciat
illi duas alas. ſ. elemoſynã: ⁊ ieiuniũ. Tho
bie. iiij. Bona eſt oratio cũ elemoſyna ⁊ ie
iunio. ¶ Querit circa iſtã ſcđam parteꝫ
vtrũ ſolus deus debeat orari. Et videtur
ꝙ ſic p diffinitionẽ orationis quã ponit Da
maſce. ſub tali verboꝝ forma. Oratio eſt
aſcenſus mẽtis in deũ: ſed cõtrariũ dicit.
Job. v. c. Voca ſi eſt q̃ rñdeat ei ad aliqueꝫ
ſanctoꝝ cõuertere. Per q̃ videt ꝙ Oratio
poſſit fieri ad ſctõs dei ⁊ nõ ſolũ ad deum
Ad illud dubiũ dicẽdũ eſt qđ illđ qđ oran
do petimus eſt vita beata: vt dicit Augu.
quia oĩa alia q̃ petimus ad hoc ordinari
debẽt: ſed beatã vitã dat tñ ſolus deus: ⁊ ꝫ
ſancti cooperent nobis ad hoc ꝙ beatam
vitã obtineamus ex ideo oratio directe et
ppe fit ad deũ ſicut ad illũ a quo expecta
mus qđ orãdo petimus: tñ orantis inten
tio ad ſanctos dirigitur ſeu cõuertit vt eo
rum auxilio ⁊ interceſſiõe impetremus a
deo q̃ expectam⁹: ideo dicit Caſſiodorus
ꝙ oratio pprie fit ad deũ. Depcatio auteꝫ
fit ad ſanctos: tamẽ cum ſancti orãtur eis
latria non exhibetur: ſed illi a quo petitio
orantis explenda ſperatur. Sed contra p
miſſa arguitur ſic: ⁊ videt ꝙ nõ debeamus
ſanctos interpellare ad orandũ p nobis.
Nullus eñi amic⁹ amicos interpellat ad
orandũ p ſe. niſi quia apud eos credit fa
cilius gratiam obtinere: ſed deus eſt in in
finituꝫ magis miſericors quolibet ſancto
⁊ ſic eius volũtas facilius inclinat ad nos

UVA. BHSC. IyR_242

exaudiendum ꝙ voluntas alicuius ſancti: ergo videtur ſuperfluum conſtituere ſanctos mediatores inter nos ⁊ deū. Oppoſitum probatur: quia ſancti qui ſunt in patria magis ſunt accepti deo ꝙ in ſtatu vie: ſed ſanctos qui ſunt in via cōſtituere debemus interpellatores ꝓ nobis ad deū exēplo apoſtoli dicentis ad Roma. xv. Obſecro vos fratres per dñm noſtrū ieſuꝫ xp̄m et per charitateꝫ ſpiritusſancti: vt adiuuetis me in orationibus veſtris ꝓ me ad deū ergo ⁊ nos multofortius petere a ſanctis qui ſunt in patria debemus: vt nos iuuēt ſuis orationibus apud deum. Ad illud dubium dicendū eſt ꝙ oratio porrigitur alicui dupliciter. Uno modo quaſi per ipſuꝫ implenda. Alio modo per ipm̄ impetrāda Primo modo orationem ſoli deo porrigimus: quia orationes noſtre ordinari dñt ad gratiam quā deus dat: ꝫ illud ps. Gratiam ⁊ gloriam dabit dñs. Secūdo modo orationē porrigimus ſanctis angelis ⁊ hominibus non vt per eos deus noſtras orationes cognoſcat: ſed vt eoruꝫ precibus et meritis orationes noſtre ſortiantur effectum. vnde Apo. viij. Aſcendit fumus incēſorum de orationibus ſanctorū omniū ſup altare aureū coram deo. ¶ Tunc ad rationem in cōtrarium dicendū eſt ꝙ nō eſt ꝓpter defectū mie ipſius dei ꝙ oporteat eiꝰ clementiam per orationes ſanctorū pulſare: ſed eſt ad hoc vt ordo diuinitus inſtitutus in rebus ſm̄ Diony. per media reducatur in deū. Unde cū ſancti q̄ ſunt in patria ſint deo ꝓpinquiſſimi hoc diuine legis ordo requirit vt nos q̄ manentes in corpore peregrinamur ad deuꝫ ꝑ ſanctos medios reducamur quod quidem conuenit: duꝫ ꝑ eos diuina bonitas in nos ſuum effectum effundat. ¶ Queritur vtrū debeamus interpellare ſuperiores ſanctos tāꝙ deo acceptiores. Solutio. Dicendū eſt ꝙ q̄uis ſuperiores ſcti ſint deo acceptiores, vtile tn̄ eſt etiā minores interdū orare ꝓpter q̄nqꝫ rationes. Prima eſt q2 aliquis q̄nqꝫ habet maiorem deuotionē ad ſanctū minoreꝫ ꝙ ad maiorem: modo ex deuotione maxime dependet orationis effectus. Secunda rō eſt ꝓpt' faſtidiū tollendū qd faſtidiū parit vnius rei aſſiduitas. Tertia ratio eſt quia q̄buſdam ſanctis datū eſt in aliquibꝰ ſpecialibus cauſis p̄ciſe patrocinari. Quarta rō vt debitꝰ honor exhibeatur a nobis. Quinta rō eſt q2 pluriū orationibꝰ q̄nqꝫ ipetrat quod vnius oratione non impetraretur. ¶ Queritur vlterius vtrum ſancti cognoſcant orationes noſtras. Et videtur ꝙ nō. Eſa. lxiij. c. Abraham neſciuit nos et iſrael ignorauit nos. vbi glo. Augu. mortui ⁊ ſancti neſciunt quid agant viui. etiā eorū filij. Et illa auctoritas ſumitur ab eodeꝫ Aug. in libro de cura ꝓ mortuis. Oppoſitū dicit Grego. in dyalogo. vbi dicit ꝙ anime ſanctorum cognoſcunt orationes noſtras ⁊ ea que hic aguntur. Ad illud dubiū dicenduꝫ eſt ꝙ diuina eſſentia eſt ſufficiens mediuꝫ cognoſcendi omnia: qd patet ex hoc ꝙ deꝰ videndo ſuam eſſentiam oīa intuetur: nō tn̄ ſequitur ꝙ quicunqꝫ eſſentiā dei videt oīa cognoſcat: ſed ſolū q̄ eſſentiā cōprehendit. vnde cū anime ſanctorū diuinā eſſentiā nō cōprehendant nō eſt cōſequens vt oīa cognoſcant q̄ per eſſentiam diuinā cognoſci poſſunt. Nā inferiores angeli a ſuperioribus edocentur ꝑ Diony. vi. c. cele. ierar. q̄uis oēs eſſentiā dei videant ideo vnuſqſqꝫ beatus videt in eſſentia diuina tantū q̄ntū perfectio requirit beatitudinis. Hoc autē ad perfectionē beatitudinis requiritur vt homo habeat quicq̄d velit nec aliquid inordinate velit. hoc autē recta volūtate q̄libet vult vt ea q̄ ad ipſum pertinēt cognoſcat. Et quia ad magnam gloriā eorū eſt ꝙ alios iuuare poſſunt quaſi itercesſores id ſtatim in verbo vident vota ⁊ orōnes eorꝫ qui eos interpellant. Cū aūt ſanctis nulla rectitudo deſit nolūt cognoſcere ea que ad ipſos nō pertinent. ¶ Tunc ad rationeꝫ in cōtrarium dicendū eſt ꝙ auctoritas Aug. intelligēda eſt de cognitione naturali animarum ſeparatarū quequidē cognitio in ſanctis viris nō eſt obtenebrata ſicut i peccatoribus. Non autē loquitur de cognitione in verbo quā cōſtat Abraham eo tēpore q̄ hec dicta ſunt per Eſaiam nō habuiſſe cuꝫ ante xp̄i paſſionem nullus ad viſioneꝫ dei peruenerit: tamen ſm̄ Landul. ſup. xlvi. di. iiij. ſentē. ꝙ beatus orationes noſtras cognoſcat nō eſt de neceſſitate de rōne actus beatifici: ſed ſolū de cōgruitate. ¶ Queritur vlterius ꝓ q̄bus ſancti porrigunt p̄ces: aut ꝓ his quos vident deū velle ſaluari: tūc fruſtra rogant deuꝫ cū ſine eorum prece fieret: aut ꝓ his quos nō vult deus ſaluare et tales preces ſunt caſſe ⁊c. Solu. Dicendū eſt ꝙ nō eſt neceſſariū ſctōs ſcire deū velle vel nō velle ſaluare eū ꝓ quo rogant nec deū velle vel nolle exaudire: ſed

m

UVA. BHSC. IyR_242

facta releuatione de oratione porrecta no
bis ſanctus dirigit noſtrā petitionē in dei
voluntatē ꝫ vt ſuis meritis deus exaudiat
ſibi placet: vel poteſt dici ꝙ poſito caſu ꝙ
ſanctus ſciret deū velle petrū ſaluare non
tamē fruſtra porrigeret preces: q2 ad iſtū
finem puta petri ſalutem deus ordinauit
plura media inter que cōputantur ſuffra-
gia iſtius ſancti. ſm Landul. ſupra. iiij. ſen.
¶ Queritur vtrū ſanctis qui ſunt ī patria
cōpetat orare. Et videtur ꝙ nō. Nam ſunt
cōformes xp̄o inquantū est hō cui nō com
petit orare: ergo nec ſanctis. al's diceremꝰ
xp̄e ora ꝓ nobis. Oppoſitū ꝓbatur. nā ſan
cti ī patria magis feruēt charitate ꝙ̄ i via
ſed charitas facit vt ſancti in via pro alijs
orent: ergo multomagis in patria. Solu.
Dicendū eſt ꝙ cū in ſanctis qui ſunt in pa-
tria ſit perfectiſſima charitas cōpetit eis
ꝓ nobis orare nō aūt ꝓ ſe: q2 oīa eis ad nu
tum ſuccedunt. Tunc ad rationē in cōtrari
um dicendū eſt ꝙ xp̄s inquantū hō orat ꝓ
nobis ſed ideo non dicimus xp̄e ora ꝓ no-
bis q2 chriſtus eſt ſuppoſitū eternū cuius
non eſt orare ſed adiuuare: ideo dicimus
xp̄e audi nos. Alio mō dicendū eſt ꝙ ora-
tio eſt actus quidā. actus aūt ſm Ariſto. ī
prima philoſophia eſt ſingulariū ſuppoſi-
torum ⁊ ideo ſi diceremus xp̄e ora pro no-
bis niſi aliud adderet᷑ videremur hoc ad ꝑ
ſonam xp̄i referre: ⁊ ita videret᷑ eſſe conſo-
num errori neſtorij qui dixit. in xp̄o ꝑſonā
filij hominis diſtinctā a perſona filij dei vl᷑
videretur eſſe ꝯſonum errori arrij qui po
ſuit perſonā ꝫ filij hoīs minorem patre. idō
ad hoc euitandū nō dicitur xp̄e ora ꝓ no-
bis: ſed xp̄e audi nos vel miſerere nobis.
¶ Sequitur in textu tertia pars ī qua au
ctor noſter inſinuat formam orandi a xp̄o
ſuis diſcipulis datam. Pro cuius declara-
tione tria ſunt ꝯſiderāda. ¶ Primū de illa
forma orandi. Scdm̄ vtrū orare cadat ſub
precepto. Tertiū elucidare petitiones que
cōtinentur in orōne dn̄icali. ¶ Quantum
ad primū. dicendū eſt ꝙ ſaluator noſter di
xit diſcipulis ſuis ipſum interrogantibus
de modo orādi dicendo. dn̄e doce nos ora-
re ſicut ⁊ Johānes docuit diſcipulos ſuos:
ꝗbus ſaluator noſter cū oratis dicite Pat᷑
noſter. Luce. x. ⁊. Mat. vi. Similiter habet᷑
Mat. xiiij. Quomō xp̄s dimiſſa turba aſcē
dit in montē ſolus orare ⁊c. ¶ Quantū ad
ſecundū quo querebatur vtrū orare cadat
ſub ꝑcepto. videt᷑ primo ꝙ ſic ꝑ illud qd̄ hr̄

Math. xxvi. Uigilate ⁊ orate vt non intre-
tis ī tentationē. Itē ꝑ Chriſo. ſup illud. Lu.
xviij. Oportet ſemꝑ orare. habet᷑ ꝙ opor
tet dicit neceſſitatē ſed talis neceſſitas nō
poteſt eſſe ſine precepto. ergo. Itē ꝫ oratio
diuiditur cōtra elemoſynā ⁊ ieiunium ſed
vtraqꝫ illarū eſt ſub precepto. ergo ⁊ orō:
Oppoſitū videtur eſſe verū: q2 qd̄ eſt volū
tatis nō eſt neceſſitatis: ſed orō maxime ē
volūtatis: q2 eſt quedā volitorum petitio:
ergo nō eſt neceſſitatis: ⁊ ita nō cadit ſub
precepto. Item petitio non videt᷑ ad aliud
eſſe niſi vt noſtrū deſideriū alteri innote-
ſcat: ſed ſuperfluū eſt alicui exponere illū
qd̄ ipſe ſcit. ergo cū xp̄iana religio non cō-
tineat aliqua ſuperflua precepta videt᷑ ꝙ
orare nō cadat ſub precepto: ⁊ maxime deū
orare cui oīa deſideria nr̄a ſunt nota. Itē ꝫ
deus liberaliſſime ſua dona dat: ſed libe-
ralius datur aliq̄d ſine precibus ꝙ cū pre-
cibus. vn̄ Alanus de parabol. Sed nihil ē
qd̄ ſit ſub celo carius emptū ꝫ ꝙ̄ qd̄ emunt
longe fronte rubente ꝑces: ergo nō debet
preceptū exigere preces de eo qd̄ vult da-
re: ⁊ ſic oratio nō cadit ſub precepto. Sol.
Dicendū eſt ꝙ oratio cadit ſub ꝑcepto. ſm
beatū Tho. ſupra. iiij. ſentē. determinate ⁊
indeterminate. Determinate quidē: q2 ad
aliquas orationes ex precepto tenent᷑ illi
qui ex officio ſuo ſunt medij inter deum ⁊
populū ꝯſtituti: ſicut ſunt miniſtri eccleſie
eis eñ ex officio incūbit preces ad deū in
perſona totius eccl'ie fundere et ſimiliter
tenentur ad horas canonicas dicēdas. In-
determinate autē ad orationē ꝗlibet tene
tur ex hoſpicio: q2 ꝗlibet tenet᷑ ad bona ſpi
ritualia ei ꝓcuranda q̄ nō dant᷑ niſi diuini
tus. ¶ Tunc ad rōnes in cōtrarium: dicen-
dum eſt ⁊ primo ad primā ꝙ ex ipſo ꝙ ali-
quid eſt volūtatis excludit᷑ neceſſitas abſo
luta: vel etiā coactionis nō autē neceſſitas
ex ſuppoſitiōe finis q2 amor q̄ maxime vo-
luntarius eſt neceſſarius eſt ſi ꝗs vellet ad
ſalutē ꝑuenire. ⁊ hoc modo eſt neceſſaria
oratio ⁊ ſub ꝑcepto cadens reſpectu eorū
quorū volūtas ſub neceſſitate predicta ca-
dit. Nota ꝙ multiplex eſt neceſſitas: q̄dā
indigentie. i. Jo. iij. Qui viderit fratrē ſuū
neceſſitatem habere id eſt indigentiā. que
dam expedientie. Math. xviij. Neceſſe eſt
vt veniant ſcandala. quedam cōcupiſcētie.
Luc. xiv. Uillam emi neceſſe habeo exire et
videre illam. quedam eſt dilectionis. Job.
vi. Neceſſarij mei receſſerunt a me: quedā

UVA. BHSC. IyR_242

eſt ineuitabilitatis. ps. De neceſſitatibus
meis erue me. quedā eſt coactionis qñ hõ
nec virtute nec libero arbitrio nec volūta
te poteſt reſiſtere: ⁊ illa neceſſitas coactio
nis ſm docto. ſupra. ij. ſenten. dicit̄ eſſe du/
plex: quedā efficiens ⁊ ſufficiens: quedam
efficiens ⁊ inducens ⁊c. quedam eſt neceſſi
tas electionis ſeu ſupexcellētis bonitatis:
Luc. x. Porro vnū eſt neceſſariū: quedā eſt
neceſſitas coeuitatis. vnde Auguſti. ꝙ cito
ignis eſt neceſſariū eſt vt luceat. quedā eſt
neceſſitas imutabilitatꝭ. vt dicit̄ ꝙ quedā
vera neceſſaria dicunt̄: quia eoꝝ veritas
mutari nõ poteſt ⁊c. Nota ꝙ inter oīa opa
que poſſunt fieri in hac vita nullum opus
eſt honorabilius vtilius ⁊ leuius ꝙ̄ orare
deum. honorabilius: qꝛ magnus honor eſt
loqui frequenter ⁊ familiariter cum rege
terreno: ſed multomagis cū rege celeſti et
eterno cū quo nos loquimur orando. Vñ
Iſido. Qui vult frequenter eſſe cū deo fre
quenter oret ⁊ legat. Nam cū oramus cuꝫ
deo loquimur. cū legimus deus nobiſcum
loquitur. Vtilius: qꝛ dicit dñs. Amen dico
vobis ſi fidem habueritis ⁊ nõ heſitaueri
tis quicquid orantes petieritis credite qꝛ
accipietis ⁊ fiet vobis. Math. xxi. c. Leuiꝰ:
quia in omni loco ⁊ in oī tpe poteſt homo
orare nec oportet aliquid extra ſe petere.
quia ſolum bene cogitare ⁊ bene deſidera
re eſt orare. ſm illud ps. Deſideriū paupe/
rum exaudiuit dñs id eſt humiliū. Ideirco
diſcipuli attendentes predicta petierūt a
xp̄o vt doceret eos orare di. Luc. xi. c. Dñe
doce nos orare. q̄ docuit eos dicēs. cū ora/
bitis dicite Pat̄ noſter ⁊c. ⁊ hic docet nos
dñs eſſe tales vt ſimus digni eſſe filij pa/
tris celeſtis qui eſt in celis ꝑ preſentie ma
nifeſtationē. ¶ Ad ſecūdam orationem di/
cendū eſt ꝙ per orationē precipimur vota
noſtra deo pandere non vt ipſum deū do/
ceamus q̄d deſideramus: ſed vt affectū et
intellectū noſtruꝫ dirigamus in illū. ¶ Ad
tertiam rationē dicendū eſt ꝙ deus oratio
nem acceptat de eo quod dare vult ⁊ inter
dum de eo quod dare nõ vult vt idonei ſi/
mus ab eo accipere. Quantuꝫ ad tertium
quo erant declarande petitiones que con
tinentur in oratione dñicali eſt notandum
ꝙ ſeptē continentur in ea petitiones. Pro
quarū introductione petitionū ꝑ̄termitti
tur verbū ſaluatoris noſtri. cum orabitis
dicite Pater noſter qui es in celis. quaſi di
cat tu es pater noſter creatione. in Deut.
xxxij. Nunquid ipſe eſt pater tuus q̄ poſſe
dit te ⁊ fecit ⁊ creauit te. Item tu es pater
noſter redemptione: quia ſicut pater pius
redemiſti nos ꝓprio ſanguine in Apoca.
Tu enī es pater conſeruatione: iuxta illud
Math. xxiij. Hieruſalem hieruſalem quo
tiens volui cõgregare filios tuos quēad/
modum gallina ꝯgregat pullos ſuos ſub
alas ⁊ noluiſti. Chriſtus enī cõparat ſe gal
line: quia pre ceteris auibus cõparantur
pullis: ita vt ipſis infirmitatibus infirme
tur ⁊ fiat voce rauca plumis hoſpita ⁊ de/
trahat ori ſuo quod tribuit pullis ſuis et
extendit alas ſuper eos vt calefaciat ⁊ li/
beret eos ab ore milui ⁊c. Item xp̄s ſe cõ/
parat pellicano qui trahit ſanguinem de
ſuo pectore pro pullorū mortuorū viuifica
tione. vnde ps. Similis factus ſum pellica
na ſolitudinis. ſolitudinē appellat crucem
in qua xp̄s fuit ſolus a diſcipulis derelictꝰ
Eſa. lxiij. Torcular calcaui ſolus ⁊ nõ eſt de
gentibus vir mecū. Itē tu es pater educa/
tione: gubernatione: ⁊ hereditatione. ꝓpt̄
que dicebat ſuis diſcipulis. Nolite vocare
vobis patreꝫ ſuper terrā qm̄ pater veſter
vnus eſt xp̄s dicit ergo: pater noſter. q. d.
non debes orationē noſtraꝫ reſpuere. ſed
debes eam recipere qꝛ tu es pater noſter
mõ pater debet cõpati filijs ſuis. Qui es ī
celis: quaſi dicat es in celis materialibus
per preſentie manifeſtationē ⁊ in celis ſpi/
ritualibus ſcꝫ in ſanctis ꝑ gratie inhabita
tionem. vnde Eſa. Celū mihi ſedes eſt ⁊ ali
bi. Anima iuſti ſedes eſt dei. vt poſſimꝰ di/
cere cū apoſtolo. noſtra cõuerſatio eſt in
celis. ⁊ tunc dñs habitabit in nobis ꝑ gra/
tiam ſicut pater celeſtis ī filijs celeſtibꝰ ⁊c.
Nunc aggrediendum eſt ad declarationē
ſeptē petitionum. Quarum prima eſt ibi.
Sanctificetur nomen tuum. q. d. ſanctifi/
cetur nomen tuum. i. da nobis dñe gratiā
vt nos qui habemus nomen tuum et a te
ſumus noīati chriſtiani ſimus ſancti ſine
immundicia carnalis macule. et hoc faci/
es ſi dederis nobis virtutem continentie.
Ex qua petitiõe apparet ꝙ hic principali/
ter petimus viciū luxurie a nobis amoue
ri. virtutem caſtitatis nobis dari. Luxuria
polluit totū hominē intus ⁊ extra. cor ꝑ ī/
mundā cogitationē: delectationē: ⁊ cõſen/
ſum. caput ꝑ ornatū lenociniū ⁊ meretrici/
um. oculos ꝑ aſpectū ipudicū. aures ꝑ au/
ditū cantilenarū ⁊ verborū inflammātium
ad pctm̄. nares ad adulterinos odores vn/



UVA. BHSC. IyR_242

guentoꝝ meretricaliū quibus depingūt
ſe ad placendū ſuis lenonibus. os ꝑ impu-
dica verba. oſcula ſuperflua cibaria quib⁹
incenditur luxuria. manus ꝑ tactus impu-
dicos. ⁊ poſtremo totū corpus ꝑ ꝯcubitus
nepharios. Secūda petitio eſt ibi. Adueni-
at regnū tuū. q. d. dn̄e da nobis pauperta-
tem volūtariam per quā ad regnū celeſte
veniturꝫ pietatē ⁊ miam ꝑ quā regnū tuū
a pauperibus emit̄ ⁊ aufer a nobis cupidi-
tatem ⁊ auariciā: quia cupidis ⁊ auaris re-
gnum celeſte aufertur. vn̄ apl's. Auari re-
gnum dei nō poſſidebūt. Et dn̄s in euāge.
Facilius eſt camelū trāſire ꝑ foramē acus
ꝙ diuitem intrare in regnū celoꝝ. Paupe-
ribus autē datur iuxta illud Mat. v. Bea-
ti pauperes ſpiritu qm̄ ipſoꝝ eſt regnum
celoꝝ. glo. ſpū id eſt voluntate non coacta
et inuita neceſſitate. qꝛ dicit beatus Bern̄.
cuꝫ ſit triplex paupertas. ſimulatoria: ne-
ceſſaria: ⁊ voluntaria. Simulatoriā fugiēs
neceſſariā patiētur ſuſtinens: volūtariam
toto corde amplectere ⁊ efficieris pauper
ſpiritu. Ad hoc beatus Jaco. in ſua. epl'a.
Nomine deus eligit pauperes in hoc mū-
do diuites in fide ⁊ heredes regni quod re-
promiſit deus diligentibus ſe. Itē Aug. in
perſona xp̄i: venale habeo q̄d regnū celoꝝ
quod emitur paupertate regnū labore re-
quies morte vita regnū: ergo celū paupe-
rum eſt: ergo oportet illud ꝑ paupertateꝫ
acquiri: ſicut fecerūt ſancti apoſtoli ⁊ eoꝝ
ſequaces q̄ relictis oībus tēporalibus ſe-
cuti ſunt pauperē xp̄m ad regnū celoꝝ: vl'
ſaltem oportet illud regnū a pauperibus
cōparari per opera mie impenſa pauperi-
bus: ſicut fecit zacheus q̄ cū eſſet diues di-
midium bonoꝝ ſuoꝝ dabat pauperibus
et ſi in aliquo aliquem defraudauerat re-
ſtituebat ei quadruplum. Luce. xix. ca. Sic
emit illa martha de diuitijs ſuis miniſtrā-
do xp̄o apoſtolis ceteriſq; pauperibus: ſic
faciunt oēs diuites boni quib⁹ dicetur illō
Mat. xxv. Uenite benedicti patris mei ⁊c.
Eſuriui ⁊c. Ab huius regni emptiōe nemo
poteſt ſe excuſare: quia dicit beat⁹ Grego.
Regnum celeſte tantum valet quantū ha-
bes: valuit ſanctis apoſtolis nauē ⁊ rethia
zacheo dimidiū bonoꝝ ſuoꝝ. cuidam vi-
due duo minuta que poſuit in erario vbi
ponebantur elemoſyne pro tēpli repara-
tione. cuidam alteri calicem aque frigide.
Johā. iiij. c. Et ſi nihil habeas ſufficit tibi
bona voluntas quā deus reputat tibi pro
facto: quia ſm aplm. Volūtas ſm id quod
habet accepta eſt: nō ſꝫ id quod nō habet.
⁊ Greg. dicit. Nihil offert̄ deo ditius bona
voluntate. ⁊ alibi idē Greg. Non eſt vacua
manus a munere. ſi archa cordis plena ē
bona voluntate. Ex hac petitione apparet
ꝙ principaliter hic petimus viciuꝫ auari-
cie a nobis remoueri ⁊ dari nobis virtutē
paupertatis volūtarie pietatis ⁊ mie. Vn̄
paupertas voluntaria ſm doctores ſuper
illud Mat. v. c. Beati pauperes ſpiritu ⁊c.
eſt affluentia bonoꝝ tꝑalium erga deum
humiliari recognitione ⁊ erga proximum
largitiue ſeu largitione ⁊c. Tertia petitio
eſt ibi. Fiat voluntas tua ſicut in celo ⁊ in
terra. q. d. dn̄e da nobis talem gratiam in
hoc mūdo vt faciamus voluntatē tuaꝫ cū
ſpirituali exultatione: ſicut faciunt ſancti
quoꝝ voluntas eſt conformis in celo tue
voluntati: qm̄ qui diligūt te nō tepeſcunt.
vnde Bern̄. Bone ieſu amor tuus nunꝙ eſt
ocioſus loqui de te ꝑfecta cōſolatio. medi-
tari de te plena refectio: adherere tibi vi-
ta eterna. ¶ Ex hac petitione apparet ꝙ
p̄ncipaliter hic petimus a nobis remoue-
ri viciū accidie: ⁊ nobis dari virtutē deuo-
tionis vere dilectionis ⁊ bone operationis
quia in oī opere neceſſaria eſt gratia tua:
Nota hic ꝙ accidia eſt idē ꝙ tediū boni qn̄
nos faſtidimus bona facere: ⁊ alios facien-
tes videre. Et ſi aliquid boni facimus pi-
gre tepide ⁊ negligētes facimus. vnde in-
currim⁹ maledictionē ꝑ Hier. xlviij. Ma-
ledictus qui opus dei facit negligēter. Itē
accidia eſt qn̄ bona que incepimus ad finē
non ꝑducimus ⁊ propter hoc premiū non
cōſequimur: qꝛ finis nō pugna coronat: in
antiqua lege iubebatur ꝙ tota hoſtia cuꝫ
capite ⁊ cauda offerretur. glo. hoſtia quod-
libet opus bonū eſt quod ſacrificam⁹ deo
qn̄ facimus illud ꝓpter honorem diuinū:
caput eſt principiū operis: cauda xp̄o finis
Ex quibus cōcluditur bene incipere: bene
ꝯtinuare: ⁊ bn̄ finire. cape exēplum ī aqua
que ſi non moueat̄ putreſcit ⁊ generat ver-
mes: per quos deſignantur praue cogita-
tiones: delectationes: ⁊ cōſenſus. Ex q̄bus
ſequuntur opera: deinde perſeuerantia in
malo ⁊ finaliter mors eterna. ¶ Quarta
petitio eſt ibi. Panē noſtruꝫ quotidianum
da nobis hodie. vbi p̄ncipaliter petimus
a nobis remoueri viciū gule ⁊ dari nobis
virtutē tēperantie. Pro declaratione iſti⁹
petitionis eſt notanduꝫ ꝙ ſacra ſcriptura

UVA. BHSC. IyR_242

facit mentionem de quadruplici pane: ſcꝫ nature: doctrine: gratie: ⁊ glorie. Panis nature ſignificat omnem eſcam que nutrit et ſuſtentat corporeã naturam: ⁊ talis panis eſt cũ labore acquirendus. in Geñ. iij. cap. In ſudore vultus tui veſceris pane tuo donec reuertaris in terrã de qua ſumpt⁹ es. Illud nõ eſt fruſtrandũ quia q̃ hic laborare nolunt in alio mũdo laborabunt eternaliter: quia nolunt laborare cũ hominibus laborabunt cũ demonibus. vnde p̃s. Laborabit in eternum ⁊c. ⁊ alibi. In labore hoĩꝫ non ſunt ⁊ cũ hoĩbus nõ flagellabunt. glo. in purgatorio. ſed cũ demonibus ĩ inferno Exemplũ cape in ſaluatore noſtro: ⁊ in oĩbus ſanctis. Sumendus eſt cũ moderamine: quia ſuperfluitas ciborũ generat luxuriam: gulam ⁊c. vnde verſus. Ueſtis cultat cibus largus: ocius: ocia: ſomn⁹. Eneruant animã luxuriãꝙ fouent. ecõuerſo. Pauper menſa: labor: ſomnus breuis: aſpera veſtis Purificant animã luxuriamꝙ domãt. Cuꝫ moderamine ergo ſumendus eſt: deo regratiando: ⁊ pauperibus erogandus: ergo panem noſtrũ quotidianum da nobis hodie. i. in hac vita que non eſt niſi vna dies vel vna hora reſpectu vite eterne. Panem noſtrũ quotidianũ. i. illã q̃ ſunt nobis neceſſaria quotidie ꝓ corporis ſuſtentatiõe. Panis nature eſt regratiandus. Geneſis xxviij. Si cuſtodierit me dñs ⁊ dederit mihi in via per quã ambulo panẽ ad veſcendum ⁊ veſtem ad induendũ ⁊c. De omnib⁹ que mihi dederis decimas tibi offerã. Panis nature eſt pauperib⁹ erogand⁹. iuxta illud Eſa. lviij. Frange eſurienti panẽ tuũ. Exẽplũ de Job q̃ dicebat. Si comedi buccellam meaꝫ ſolus cadat ab humero meo brachiũ meũ. Angeli ⁊ alij ſancti ineſtimabiliter gaudent de ſuſtentatione pauperũ quaſi fratrum ſuorum. Panis doctrine. i. verbi dei quo ſuſtentatur anima: ſicut corpus pane corporali. Mat. iiij. Ergo paneꝫ noſtrũ quotidianuꝫ da nobis hodie. i. verbi tui refectionẽ quod nobis neceſſariuꝫ eſt quotidie: quiquidẽ panis viuificat confirmat ⁊ illuminat. Primo viuificat: q: cõtingit frequenter ꝙ plures veniunt ad predicationes ſicut pauperes ad diſtributionẽ panis qui lꝫ ſint in mortali peccato viuificantur ex auditu diuini ſermonis: quia cõteruntur: ꝯfitentur: ⁊ ſatiſfaciunt. quibus pactis deus infundit gratiã ſuã. iuxta illđ Ezechi. xxxiij. Quacunꝙ hora ingemuerit peccator vita viuet ⁊c. Et p̃s. Dixi cõfitebor dño ⁊c. De illo pane dicit ſaluator noſter dyabolo Mat. iiij. Non ex ſolo pane viuit homo ⁊c. Item ille panis doctrine confirmat patet: q: frequenter ꝯtingit ꝙ quãdo aliquis impellit vel mũdi vel carnis vl' demonia tẽtatione bonã vitam inchoataꝫ deſereret: ⁊ talis venit ad ſermonem et audit quanta xp̃s ꝓ nobis ſuſtinuit quanta martyres ⁊c. Pro obtinendo regnũ celeſte ⁊ deinde qñ audit quanta gaudia quãta p̃mia parata ſunt a deo vincẽtibus tentationes Item quãta ſupplicia parata ſunt ſuccũbẽtibus cor eius in dei ſeruicio cõfirmatur. Itẽ ille panis illuminat. iuxta illud p̃s. Declaratio ſermonũ tuorũ illuminat. itẽ. Lucerna pedibus meis verbũ tuũ. illuminat eñi ad cognoſcendũ q̃ ſunt credenda agenda fugienda timenda ⁊ ſperanda. Credenda: vt articuli fidei: agenda vt bona opera fugiẽda vt peccata: timenda vt inferni ſupplicia: ſperanda vt paradiſi gaudia. Panis doctrine illuminat hominem ad cognoſcẽdum deũ hic per verã fidem: ⁊ perducit ad cognitionẽ illã que erit in futuro ꝑ manifeſtam viſionem. ⁊ hoc ſignatũ eſt in duob⁹ diſcipulis eũtibus in emaus: quib⁹ dñs in itinere apparens in ſpecie peregrini incipiens a moyſe ⁊ ꝓphetis interpretabatur ſcripturas q̃ de ipſo erant: ⁊ dicitur ꝙ ibidem cognouerunt euꝫ in fractione panis. id eſt in manifeſta expoſitione panis ſcripture ſacre. Sed proh dolor hodie verificatur illud quod dicit Hieremi. propheta. Threñ. iiij. Paruuli petierunt panem ⁊ nõ erat q̃ frangeret eis. Paruuli eñi ſunt humiles populi: petunt panẽ. i. ſp̃ualem verbi dei refectionem ⁊ nõ eſt qui frangat: q: cũ mundus plenus ſit prelatis ⁊ ſacerdotibus tanꝙ patribus ſp̃ualibus rari ſunt q̃ ſciant diſtribuere panẽ ſacre ſcripture ſpiritualib⁹ filijs ſuis. ideo verificatur illud hodie. Oſee. iiij. c. Erit ſic populus ſic ſacerdos: ⁊ q: pauci ſunt q̃ frangũt paneꝫ ſacre ſcripture populis in apto: ⁊ inde eſt ꝙ ſunt multi q̃ eis frangũt panẽ heretice prauitatis in abſcõdito ⁊c. ergo da nobis panẽ noſtrum quotidianũ. i. in preſenti vita q̃ voluitur de die in diẽ. panẽ noſtrũ. i. ſp̃ualem verbi dei refectionẽ q̃ panis eſt nobis quotidie neceſſari⁹ q: ſicut corpus indiget pane corporali: ſic ſp̃s indiget pane ſp̃uali ne ꝓpter defectũ huius panis cõtingat ei illud p̃s. Percuſſus ſum vt fenum ⁊ aruit



UVA. BHSC. IyR_242

coꝛ meũ. Sicut em̄ fenum abſciſum a radi
ce nõ poteſt vireſcere ſed areſcit: ſic coꝛ ho
minis niſi nutriat̃ ſpũaliter pane verbi dei
da ergo nobis dñe hũc panẽ ne veniat ſuꝑ
nos illa terribilis ꝯminatio quã fecit dñs
ꝑ ꝓphetã q̃ dicit: mittã famẽ ⁊ ſitim ſuꝑ
terrã. i. famẽ ⁊ ſitim audiendi verbũ dei ⁊c.
Tertius panis eſt panis gratie q̃ dicit eu-
chariſtia. de illo pane dicit ap̄ls. i. ad Coꝝ.
xi. Probet autem ſeipſum hõ: ⁊ ſic de pane
illo edat ⁊c. Ad hunc panẽ ſacratiſſimũ de
bemus accedere cũ pura cõſcientia cũ fide
cũ timoꝛe: cũ deuotione: cum charitate ⁊c.
Ille panis gratie eſt coꝛpus xp̄i ſub ſpecie
panis ⁊ vini: de quo dñs in euange. Panis
quẽ ego dabo caro mea eſt ꝓ mundi vita.
Iſte panis dr̄ euchariſtia. i. bona gr̃a. ergo
panẽ noſtrũ quotidianũ da nobis hodie. i.
ſpũale viaticũ quo in itinere huius vite ſu
ſcepturi indigemus ne in via deficiam⁹: q̄ꝛ
illa panis eſt aĩe exiſtentis in ſtatu gratie
quotidiana eſca ⁊ anime infirme quotidia
na medicina. Panis gloꝛie eſt idẽ ille ieſus
xp̄s q̃ eſt panis gratie in celeſti patria qui
erit panis gloꝛie. Hic em̄ recipit̃ ſub vela-
mine. illic ſcȝ in patria recipiet̃ manifeſta
viſione ⁊c. ergo panẽ noſtrũ quotidianum
da nobis hodie. i. o pat̃ celeſtis dã nobis
filijs tuis vt ſupra ꝑ gratiam tuã adopta-
tis hodie. i. in tua eternitate in qua nõ eſt
niſi hodie: q̄ꝛ ibi oĩa ſunt preſentia. panem
noſtrũ. i. teipſum: quotidianũ. i. quẽ quoti
die deſideramus: ⁊ ad quem bonoꝝ ope-
ruȝ greſſibus ꝑuenire nitimur. Panis glo-
rie eſt in celo: vt idẽ dñs erit panis ange-
loꝛum ⁊ hoĩm. vnde p̄s. Panẽ angeloꝝ mã-
ducauit homo. vnde glo. Mirãtur nec de-
ficiunt in illũ quẽ ꝓſpiciunt fruuntur: nec
faſtidiunt quo magis frui ſitiunt. Timen-
dum em̄ eſt ne plures ſint qui plus inten-
dunt petere panẽ nature q̃ eſt coꝛruptibi-
lis ꝙ alios panes q̃ ſunt ſpirituales et in-
coꝛruptibiles. ¶ Quinta petitio eſt ibi. Et
dimitte nobis debita noſtra: ſicut ⁊ nos di
mittimus debitoꝛibus nr̄is. vbi principa-
liter petimus a nobis remoueri viciuȝ ire
et dari nobis virtutẽ patientie. nos enim
petimus vt dñs dimittat nobis debita no
ſtra id eſt peccata noſtra ſicut ⁊ nos dimit
timus debitoꝛibus noſtris: id eſt illis qui
peccauerunt in nos: fruſtra ergo dicit hãc
oꝛationem q̃ habet in coꝛde ſuo irã cõtra
aliquem ⁊c. ¶ Sexta petitio eſt ibi. Et ne
ne nos inducas in tẽtationem, vbi princi-
paliter intendim⁹ vitiũ ſuperbie a nobis
remoueri ⁊ dari nobis virtuteȝ humilita-
tis vt ſit ſenſus. Et ne nos inducas in tẽta-
tionem. i. ne permittas ꝙ ꝓpter tẽtationẽ
tribulationis ex defectu patientie inducã-
mur in laqueuȝ blaſphemie murmuratio
nis deſperationis ⁊c. Nõ em̄ petim⁹ a dño
ꝙ nõ patiamur nos tẽtari. ſȝ ne patiamur
nos in tẽtationem induci et vinci. Tentari
em̄ eſt vtile: ſed tẽtatione vinci eſt damna
bile: q̄ꝛ ſi nõ eſſet tẽtatio nõ eſſet pugna: ⁊
ſi nõ eſſet pugna nõ eſſet victoꝛia: ⁊ ſi non
eſſet victoꝛia nõ mereretur coꝛona. Unde
Paulus. Nõ coꝛonabitur niſi qui legitime
certauerit ⁊c. Ideo dicebat beatus Iaco.
Omne gaudiũ eſtimate fratres mei cũ in
tẽtationes varias incideritis: nec ergo in-
dignemini ſi mali in mũdo floꝛent. vos ꝓ
patimini: q̄ꝛ nõ eſt xp̄iane religionis in tẽ-
poꝛalib⁹ exaltari: ſed potius deprimi. ma-
li nihil habent in celo: vos nihil in mundo
ſed ſpe illius boni ad quod tẽditis quicq̃d
in via cõtingat gaudere debetis. Superb⁹
em̄ cõfidens de ꝓprijs viribus nõ timet tẽ
tationem: ſed virtute ꝓpria putat ſupera
re. ideo nõ dignat̃ petere auxiliũ a virtute
diuina. Humilis aũt ſemꝑ timet ꝯſiderãs
ꝓpriam infirmitatẽ. ideo recurrit ad virtu
tem diuinam dicẽdo dño. Et ne nos indu-
cas in tẽtationem. i. tentatione vinci: ita ꝙ
tẽtationi cõſentiamus. ſuper illud. Mat.
iiij. Ductus eſt ieſus ĩ deſertuȝ a ſpiritu ⁊c.
Dicit beatus Greg. ꝙ tribus modis tenta-
tio agitur: ſuggeſtione: delectatione: ⁊ cõ-
ſenſu. Suggerit dyabol⁹: delectatur caro:
cõſentit ſpiritus: ſic cũ tẽtamur in delecta
tione in cõſenſum ducimur pleruͦq; q̄ꝛ de
carne peccatrice ꝓpagati in nobiſmetipſis
gerimus vnde tẽtationes toleramus. xp̄s
autem tẽtari potuit: ſed in delectationem
vel cõſenſum induci nõ potuit: q̄ꝛ caro ſua
erat imunis ab omni peccato. ideo oĩs tẽ-
tatio quã dyabolus ei fecit extrinſecus nõ
intrinſecus fuit. Solus em̄ ꝯſenſus animi
facit hoĩem in tẽtationem induci. Duplex
tamen eſt cõſenſus. Eſt em̄ cõſenſus in de-
lectationem et cõſenſus in opus. cõſenſus
in delectationem eſt qñ homo delectatio-
nem percipit ⁊ nõ expellit: ſed placet ei in
illa delectatione moꝛari ⁊ voluptari: licȝ nõ
vellet delectationeȝ opere exequi: ⁊ vocat̃
talis cõſenſus interpretatiuus ⁊ eſt moꝛta
le peccat̃: ſi vt dicunt magiſtri qñ eſt moꝛo-
ſus: ſed nõ eſt ita graue ſicut ſi cõſentiret

UVA. BHSC. IyR_242

in opus. Cōſenſus ꝟo i opus eſt qñ̄ habet
volūtatem implēdi opere ſuā tētationē ſi
haberet loci ⁊ temporis eorū q̄ deſiderat
oportunitatē. Ad inſtructionē em̄ noſtrā
ſciēdum eſt ꝙ quattuor ſunt ſpecies tēta-
tionum. quarū tres prime ſunt timēde: qꝛ
incitāt ad peccatū. quarta ꝟo eſt patiēter
ſuſtinēda. qꝛ ꝓmouet ad meritū. Eſt em̄ tē
tatio ambite ſublimitatis: terrene cupidi-
tatis: corpore voluptatis: fortuite calami-
tatis. Tētatione ābite ſublimitatis deijcit
dyabolus ſuperbos pricipes ⁊ prelatos q̄
ſtatu ſuo nunꝙ̄ contenti ſunt: ſed ſemꝑ ad
altioris honoris faſtigiū: vel ꝑ phas vel ꝑ
nephas aſcendere tendūt. Aſcendūt enim
vſꝙ ad celos ⁊ deſcendūt vſꝙ ad abyſſos.
Tales enim manifeſte oſtendūt ꝙ nō ſunt
imitatores xp̄i: ſed dyaboli: quia in mūdo
in quo xp̄s fuit inhonoratus ipſi volūt ho
norari nō curātes de honore celeſti. Sup-
bia em̄ eſt vicioſa mētis elatio: ſupꝰbus in-
feriores dedignans paribus ⁊ imparibus
ſatagit dn̄ari. xp̄s vero in hoc mūdo etiā
inferioribus voluit famulari: qꝛ de maria
et Joſeph ſuis nutritijs legitur Luce. ij. ꝙ
erat ſubditus illis ⁊ humiliabat ſemetipſū
ad lauādum pedes diſcipulorū: ⁊ ad crucis
patibulum. Hec em̄ tētatio facit hominē
diſſimilē xp̄o ⁊ ſimilem dyabolo q̄ in celū
ad eq̄litatē trinitatis voluit aſcendere et
eē ſimilis altiſſimo. Eſa. xiiij. Tētatio ei ſu
perbie nō eſt humana ꝓprie ſed dyabolica
Dyabolica em̄ dicit̄ qꝛ hac tētatiōe dyabo-
lus in celo nō ab alio: ſed a ſeipſo tētatus
fuit: ⁊ per hāc ꝑmos parentes in paradiſo
deiecit qñ̄ diuinam ſimilitudinem eos ap-
petere fecit. quādo dixit eis eritis ſicut dij
Geñ. iij. Hac etiā tētatione xp̄m tētandum
appetit di. ei. Si filius dei es mitte te de-
orſum. i. de pinaculo tēpli. Scriptū eſt em̄
ꝙ angelis ſuis mādauit de te: ⁊ in manibꝰ
tollent te ne vnꝙ̄ offendas ad lapidē pe-
dem tuū. Et dn̄s reſpōdit ei. Uade retro
ſathana. ſcriptum eſt em̄: nō tētabis dn̄m
deū tuum. In qua reſpōſione dat intellige
re ꝙ illi qui volūt ꝙ deus ꝓ eis faciat mi-
racula tentāt deum: quia preſumentes de
ſanctitate ſua nō credūt eſſe in deo amici-
tiam niſi deus faciat pro eis miracula: hoc
em̄ eſt non velle credere deo ſine pignore.
Miracula ei quaſi quedam pignora ſunt
et ſigna quedam nō effectiua: ſed oſtēſiua
ſanctitatis ⁊ pleriſꝙ ſunt ſigna fallibilia:
quia miracula facere datum eſt etiā mul-
tis hominibꝰ malis. ſicut dn̄s dicit Mat.
vij. Multi dicent mihi in illa die dn̄e dn̄e
nōne in noīe tuo demonia eiecimus ⁊ i no-
mine tuo ꝟtutes multas fecimus: ⁊ reſpō
debo eis: quia nunꝙ̄ noui vos: diſcedite a
me operari iniquitatis. Unde apl's. Neꝙ
tentemus deū ſicut quidam eorū tentaue-
runt ⁊ a ſerpentibus perierūt: ſed debemꝰ
de bonitate cōfidere et credere certiſſime
ꝙ ipſe nūꝙ̄ deficit amicis ſuis in articulo
neceſſitatis. Unde in lib. Sapien. Sentite
de dn̄o in bonitate ⁊ in ſimplicitate cordis
querite illū q̄m inuenit̄ ab his qui nō tē-
tant eum. Exemplū de beato Anthonio et
de beato Stephano. Secunda tētatio eſt
terrene cupiditatis: hac tētatione deijciūt̄
oēs amatores huius mundi: quales ſunt
predones: raptores: principes terreni cū
ſuis miniſtris qui deuorāt plebē dn̄i ſicut
eſcam panis: videāt hic feneratores praui
conſiliarij: iudices falſi: mercatores ſymo-
niaci ꝓprietarij clauſtrales hac tētatione
morte ſubita fuerunt perempti: ſicut dicit̄
in actibus apl'orū. Act. v. Ananias ⁊ ſaphira
q̄ mentiti ſunt beato Petro de precio agri
vēditi ⁊c. Simile poſſet dici de oībus clau-
ſtralibus ꝓprietarijs q̄ habent aliquid ꝓ-
prium ſine licentia ⁊ volūtate paſtoris. et
ſic de decimis primitijs teſtamētis obliga
tionibus eccl'iaſticis quādo nō ſoluuntur
vt decet. ⁊ iō debēt timere ne eis cōtingat
ſicut ananie ⁊ vxori ſue. hac ei tētatione tē
tauit dyabolus primos parentes ⁊ deiecit
cū dixit. eritis ſicut dij ſcientes bonū ⁊ ma
lum. auaricia em̄ nō ſolum eſt pecunie: ſed
etiā ſciētie. Itē hac tētatione auſus eſt dya
bolus tentare xp̄m qñ̄ ſtatuit eū ſuꝑ mon
tem excelſum valde et oſtēdit ei oīa regna
mundi ⁊ dixit ei hec oīa dabo tibi ſi proci-
dens adoraueris me: cui dn̄s' r̄ndit. Scri-
ptum eſt: dn̄m deū tuū adorabis ⁊ illi ſoli
ſeruies. ꝯtra quē faciūt cupidi q̄ nō adorāt
ſolū deū nec ſeruiūt illi ſoli: imo denariū
cōſtituūt deū ſuū. ad Gal. v. Tertia tētatio
eſt corporee volūtatis q̄ tētatio decipit oē
qd̄ cōſenſus corporis demulcere cōſueuit.
Per hanc tētationem dyabolus multipli-
citer decipit ſeruos ſuos. i. guloſos ⁊ luxu
rioſos. hac ei tētatione gule dyabolus pri
mos parētes decepit qñ̄ eos ad comeden-
dum fructū vetitū induxit. bene ei decepti
fuerūt q̄ ꝓpter morſū vniꝰ pomi vite eter
ne hereditatem vendiderunt. ⁊ morti eter
ne ſe et totam poſteritatem ſubdiderunt.



U.V.A. BHSC. I-R 242
VALLADOLID

hac tentatione dyabolus ī deſerto poſt ie-
iunium .xl. dierum xp̄m tentauit di. Si filius
dei es dic vt lapides iſti panes fiant. Cui
r̄ndit dn̄s noſter. Non ex ſolo pane viuit
hō ⁊c. vbi innuit nobis dn̄s ꝙ multū valet
verbū dei ⁊ ſtudiū ſacre ſcripture cōtra tē
tationem gule luxurie ⁊c. vn̄ Hiero. Ama
ſcripturarū ſtudia ⁊ carnis vicia nō ama-
bis. qđ dyabolus deiicit per hāc tentatio-
nem ad inferos nouit deus. propter iſtas
tres ſpecies tentationis neceſſe eſt recur-
rere ad adiutoriū diuine pietatis vt eas
valeamus euitare ⁊ dicere. Et ne nos indu
cas in tentationē. Quarta tentatio eſt for-
tuite calamitatis ſeu tranſitorie aduerſi-
tatis ⁊ hec eſt patienter ſuſtinēda: qr pro-
mouet ad meritū qr mala q̄ hic nos ꝑmūt
ad futurā gloriā nos ire cōpellunt. ¶ Pro
quo eſt notandū ꝙ hec tētatio eſt patien-
ter ſuſtinēda ꝓpter quattuor ſcꝫ ꝓpter cō
ſortij pulchritudinē ⁊ multitudinē: qr oēs
ſancti fuerunt hac tētatione tētati ⁊ ꝓba-
ti ⁊ deus nūꝙ habuit quā hucnō ꝓbaue-
rit. ſicut ſancta Judith cōſolans populum
iudaicū q̄ erat in ciuitate bethulie obſeſſꝰ
ab holoferne dicebat. Judith. viij. Uos q̄
eſtis presbyteri in populo dei ex vobis pē
det aīa eorum. eloq vr̄o corda eoꝝ erigite
vt memores ſint patres noſtri: vt ꝓbarent
ſi vere colerēt deū ſuū: vt Abraham de filio
ſuo yſaac Jacob ⁊c. vn̄ Eccl̄. xxvij. Uaſa fi-
guli ꝓbat fornax ⁊ hoīes iuſtos tētatio tri
bulationis. Deꝰ tētat hac tētatione tribu-
lationis amicos ſuos. ſicut aurum in igne
fornacis aurū ponitur in fornace vt purge
tur ⁊ ꝓbetur: vt in theſauro purgatū ⁊ ꝓ-
batum ponat̄. Sic ſancti ponūtur in cami-
no tribulationis vt purgētur a culpa ⁊ ꝓ-
bentur in patiētia: ⁊ ponātur intra celeſtis
regni gazophilatio. vnde Apoſt. ad Hebr.
xi. Alij ludibria ⁊ verbera experti inſup et
vincula ⁊ carceres: lapidati ſunt: ſecti ſunt
⁊c. Etiam ipſe dei filius fuit hac tētatione
examinatus. ſicut dicit apl̄s ad Hebre. iiij.
Nō enī habemus pontificē q̄ nō poſſit cō-
pati infirmitatibus noſtris tentatū autem
ꝑ oīa ſ̄m ſimilitudinē abſꝗ pctō. qualiter
fuit tētatus. dicit Apl̄us ibidē. Uideamus
inquit Jeſum ꝓpter paſſionem mortis glo
ria ⁊ honore coronatū vt gratia dei ꝓ oībꝰ
guſtaret mortem. Qui igitur voluerit eſſe
amicus dei et poni gazophilatio paradiſi
preparet ſe tentationi. Non enim faciet ei
deus aliud forum de paradiſo ꝙ fecit oī-
bus ſanctis ⁊ etiam proprio filio ſuo. vn̄ dr̄
in Luce. xxiiij. c. Nonne oportuit xp̄m pati
et ita intrare in gloriam ſuā. ⁊ iđ dicit̄ in ec
cleſia. p. ſ. Fili accede ad ſeruitutem. de iſta
iniuſticia ⁊ timore ꝑpara aīam tuā ad ten-
tationem. Secundo hec tētatio eſt patien-
ter ſuſtinēda ꝓpter adiutorij fortitudinē ⁊
ꝓptitudinē. Deus enī eſt fortis ⁊ fidelis:
qr fortis poteſt amicos ſuos in tētatione
poſitos iuuare in qua fortitudine confide
bat Dauid di. ad dn̄m. Jn te eripiar a ten-
tatione in deo meo tranſgrediar murū. in
te. i. in virtute tua nō in mea: qr de illis q̄ i
virtute ſua confidunt. dicit̄ in euāge. ꝙ ad
tēpus veniunt in tēpore tribulationis re-
cedunt. Cum enī homo ꝗtum in ſe eſt ſit de
nihilo. virtus enī ꝗtum in ſe eſt nō eſt niſi
deficere ⁊ ad nihilū tendere: ſed ſi vera fi-
de imitatur virtuti diuine cū virtus dei ſit
oīpotens illa in omni tētatione poteſt ho-
minē ſuſtentare ⁊ a caſu ꝓſeruare et qr fi-
delis eſt nō poteſt cōfidendi in ſe in neceſ
ſitate deficere. vnde apl̄s. i. ad Cor. x. Fide
lis deus q̄ nō patietur vos tētari ſupra id
quod poteſtis: ſed faciet cū tētatione etiam
ꝓuentum vt poſſitis ſuſtinere. ⁊ in Eccl̄. ij.
c. Reſpicite filij nationes hoīm ⁊ ſcitote qr
nullus ſperauit in dn̄o ⁊ cōfuſus eſt. q̄s. et
ꝑmanſit in mandatis eius ⁊ derelictus eſt
aut q̄s inuocauit eū ⁊ deſpexit eū: qr̄ pius
et miſericors eſt deus ⁊ remittet in tēpore
tribulationis peccata et protector eſt oībus
exq̄rentibus eū in veritate. Qui igitur vo-
luerit ſuperare oēm tētationem recurrat
ad deū ꝑ deuotā oratione ⁊ clamet. Dn̄e ne
nos inducas in tētationem. Hūilis eſt orō
et deuota eſt quaſi quidē bonus et fidelis
nuncius quem nos ꝓ nobis ad celeſtē cu-
riam coram deo mittimus vt impetret nobis
auxilium dei in omnibus tentationibus ⁊
neceſſitatibus noſtris. vnde glo. ſup illud
ps. Intret oratio mea in ꝯſpectu tuo. dicit
magna virtus orationis oſtēditur q̄ quaſi
nuncius ad deum intrat ⁊ illic mandatum
peragit qui caro peruenire nequit: oratio
enī ſcutum eſt cōtra omnem tentationem.
Tertio hec tētatio patienter ſuſtinenda eſt
ꝓpter premij magnitudinem ⁊ longitudi-
nem: quia eternum gaudium preſtat. Uñ
apl̄s. i. ad Corinth. ij. Oculus nō vidit: nec
auris audiuit: nec in cor hominis aſcendit
que preparauit deus diligentibus ſe. Uñ
libro Sapien. Juſti in perpetuum viuent.
Unde beatus Jacobus. Jaco. i. Beatus vir

UVA. BHSC. IyR_242

qui ſuffert tentationē:q̄m cū ꝓbatꝰ fuerit
accipiet coronā vite quam repromiſit deꝰ
diligētibus ſe:ergo nō debemꝰ triſtari ſi
dominus tentet per varias tribulatiōes
ſed debemus gaudere ſpe premij. Unde
Auguſtinus. Conſideratio premij minuit
vim flagelli. Et beatus bernardus. Quan
tum ſeuiat tribulatio non putes te a deo
derelictum ſi memineris eſſe ſcriptum cū
ipſo ſum in tribulatione ⁊c. Et ſuper illud
Jaco. Omni gaudium exiſtimate fratres
mei cum tentationes varias incideritis di
cit gl. Ne indignemini fratres ſi mali i mū
do florent:vos vero patimini:quia nō eſt
chriſtiane religionis in temporalibus ex⸗
altari ſed potiꝰ deprimi:mali nihil habēt
in celo:vos nihil in mūdo:ſʒ ſpe illius bo
ni ad quod tenditis quicquid in via ꝯtin⸗
gat gaudere debetis. Quarto modo hec
tentatio patienter ſuſtinenda eſt propter
eterne calamitatis formidinem illis q̄ ten
tationem calamitatis preſentis nolūt pa
tienter ſuſtinere:ſed eam portant moleſte
Incipiunt hic ſuum infernuʒ ⁊ temporale
ſupplicium ⁊ momentaneum faciunt ſibi
eternū:⁊ ſic qḋ eſſet eis purgatoriū culpe
acquiſitoriū venie:⁊ in augmentū gratie ⁊
glorie faciūt ſibi ꝓuenire in augmētū cul
pe:in meritū gehēne ⁊ in amiſſiōe gratie ⁊
glorie. ideo dicebat iudith. Judith. viij. Il⸗
li q̄ tētationes nō ſuſceperūt cū timore do
mini ⁊ impatiētia ſua improperiū murmu
rationis ſue cōtra dn̄m ꝓtulerūt extermi
nati ſunt ab exterminatore ⁊ a ſerpentibꝰ
perierunt:ideo non vlciſcamur ꝓ his que
patimur:ſed reputātes pct̄is nr̄is hec ipa
eſſe minora ſupplicia flagella dn̄i q̄ſi ſerui
qui corripimur ad emēdationem non ad
ꝑditionē noſtraʒ eueniſſe credamus. Hec
igitur differentia ſeruoꝝ dei ⁊ diaboli:q̄m
ſerui dei in tētatiōis fornace poſiti ad mo
dum boni auri fortius rutilāt. i. illuminā⸗
do alios ꝑ exemplum ſue patientie dn̄m
benedicunt ⁊ laudāt:mali vero ad modū
palee tabeſcūt ⁊ fumāt. i. deſperāt ⁊ deum
blaſphemāt. ideo dicit Ber. ſuper eodem.
Igne aurum rutilat ⁊ palea fumat. Aurū
emēdatur ſeu emūdatᷣ ⁊ palea conſumitur
ſic tribulatio bonos purgat ⁊ ſaluat ma⸗
los vero cruciat ⁊ damnat:⁊ quia illud nō
poteſt homo facere ſine adiutorio diuino
ideo habet neceſſe clamare ad deū dicēdo
ꝑ orōnē dn̄icā. Et ne nos inducas in tenta
tionē. i. ne permittas ꝑ tentationem tribu
lationis ex defectu patiētie nos induci in
laqueū deſꝑatiōis blaſphemio vel mur⸗
muratiōis ⁊c. Septima petitio eſt ibi. Sʒ
libera nos a malo: vbi petimus princi⸗
paliter a nobis viciū inuidie remoueri et
ꝟtutē charitatꝭ nobis dari q̄uis poſſemꝰ
dicere ꝙ hic petimus nos liberari ab om̄i
malo pene ⁊ culpe tam pn̄tis q̄ future ⁊c.
Inuidia em̄ opponitᷣ charitati. ideo ſicut
charitas eſt maxima ꝟtus:ita inuidia ma
ximū viciū: vt viſum fuit ſupius in. c. de in
uidia. Et ſicut charitas ſuper oēs ꝟtutes
facit hoīem bonū ⁊ deo gratū: ita inuidia
ſuꝑ oīa vicia facit hoīem malū:quia bonū
in malū cōuertit. Item inuidia dr̄ malum
quia a dyabolo qui eſt auctor ⁊ ꝑncipium
malicie ꝓceſſit. Item q: ꝑ ipam om̄e malū
culpe ⁊ pene in mundū intrauit. Item qui
a fonti bonitati ſpūſſancti ꝯria exiſtit. Eſt
em̄ vnum de peccatis in ſpm̄ſanctum inuiᷣ
dētia faterne gr̄e ⁊c. Primo dixi ꝙ inuidia
bonū in malū cōuertit. Nam illḋ opus qḋ
ex charitate factū eſſet bonū ⁊ meritoriū ⁊
inuidia factū ſit malū ⁊ demeritoriū. Exē⸗
plum ponit beatus Greg. in lib. dyalogoꝝ
de quodam ſancto epō qui dyabolū in ſpē
pauperis hoſpitium petentē repulit: qui⸗
dam ꝟo alius inuidens epō eūdem hoſpi
tatus eſt cuius filium illa nocte dyabolus
occidit. Interrogatus beatus Greg. quare
dn̄s hoc ꝑmiſerat cū ille crederet ꝙ pauꝑ
eſſet. Rn̄dit quia nō hoſpitatus eundem
fuerat ex charitate nec bona intentione: ſʒ
ideo q: inuidebat epo ⁊c. Scḋo dixi ꝙ inuiᷣ
dia malum dr̄: quia a dyabolo qui eſt pri⸗
mus auctor mali ꝓcedit. Un̄ btūs Grego.
in mora. cum in quolibet pctō antiquꝰ ſer⸗
pens partē veneni ſui ⁊ malicie diffundat
in pctū. tn̄ inuidie ſerpens ille tota viſcera
ſua cōcutit. Tertio dixi ꝙ inuidia malū dr̄:
quia per ipam omne malum culpe ⁊ pene
in mundum intrauit: omnis humani gene
ris culpa ortum habuit a dyaboli inuidia
qui per inuidiam primos parētes ad pec
candū impulit:⁊ ille eis inuidit: quia erāt
aſcenſuri ad illam beatitudinē quam ꝑdi⸗
derat:⁊ hoc eſt qḋ dr̄ in libr. Sap. Inuidia
dyaboli intrauit mors in mundū. ¶ Quar
to dixi ꝙ inuidia malū dr̄:quia contrariatᷣ
bonitati ſpūſſancti. q̄uis enim in perſonis
diuinis ſit eadem potentia: ſapientia: ⁊ bo
nitas: tamen patri attribuitᷣ potentia ne
videatᷣ filio antiquior:⁊ ex hoc minus po⸗
tens: filio attribuitᷣ ſapientia, ne videatur

UVA. BHSC. IyR_242

patri iunior ⁊ ex hoc minus potens: ſpiri-
tuiſancto attribuitur bonitas ne pp̄ter ei
impetuoſitatem credat̄ eſſe crudelis. Alio
modo dr̄ potentia attribuitur patri: quia
potentia naturaliter precedit ſapientiam
⁊ vtraq; precedit bonitatem: ideo ⁊c. Alio
modo opera manifeſtatiua potentie attri
buūtur patri. opa manifeſtatiua ſapiētie
filio. opera manifeſtatiua bonitatis ſpi-
rituiſancto. ideo quia infirmitas eſt cōtra
ria potentie: illi qui peccant ex infirmita
te dicitur peccare in patrem: ⁊ qui peccāt
ex ignorātia dicūtur peccare in filiū ⁊ qui
peccant ex pura malicia ſicut inuidi faciūt
dicūtur peccare in ſpm̄ſanctum. p ſpm̄ſctm̄
enim amor dei diffinitur in cordibus no-
ſtris. vnde apoſtolus. Charitas dei diffu-
ſa eſt in cordibus noſtris. p ſpm̄ſanctum q̄
datus eſt nobis. amor enim dei nunq̄ per
mittit ocioſum a bono: ſed facit bene cogi
tare: bene dicere: bn̄ facere: ⁊ d̄ bonis gau-
dere. Inuidia ꝟo facit totum contrarium
vnde ps. Qui loquūtur pacem cum pximo
mala autem in cordibus eoꝝ. quo ad ma-
lum cogitare. Exemplum de ſcribis ⁊ pha
riſeis dicētib' ſaluatori noſtro. Magiſter
ſcimus q2 verax es ⁊ viam dei in veritate
doces ⁊c. totum contrarium cogitabāt. p3
quia in omnibus actibus eoꝝ ⁊ precipue
de muliere dephēſa in adulterio ⁊c. qui-
bus dixit ſaluator noſter. Qui veſtrum ſi-
ne peccato eſt primus in illam lapidē mit-
tat: ecce iuſticia. Iudex enī debet eſſe imū-
dus a pctō qui alium de pctō cōdēnat. Qn̄
autem dixit mulieri nemo te condēnauit
vade ⁊ amplius noli peccare: ecce miſeri-
cordia. ¶ Inuidia facit malū dicere: q2 ex
abundātia cordis os loquitur. ⁊ in euāg.
Mal' homo de malo theſauro cordis ſui
pfert mala: pprium eſt inuidoꝝ aliis de
trahere. quia venenū aſpidum ſub labiis
eorum: lingua eorum gladius acutus: ⁊ ſe
pulchrum patens eſt guttur eorum. ſepul
chrum patens exalat continuum fetorē:
quia inuidus prinuam detractionē ⁊ diffa
mationem vbiq; de omnibus ſpgit. Itē p-
prium eſt inuidorum dubia in parte peio
rem interpretari. Item ſi audiant aliques
laudari eum vituperabunt. Exemplum in
ſcribis ⁊ phariſeis ⁊ principibus ſacerdo-
tum qui de xp̄o dicebant q̄ in beelzebub
pncipe demonioꝝ eiiciebat demonia. ¶ In
uidia facit malum facere: nunquid eſt ma
lum fratrē occidere: ſicut fecit cayn abel p
inuidiā. Nunq̄d malū eſt fratrē vendere: ſi
cut fecerūt fratres ioſeph p inuidiā: nunq̄d
malū eſt xp̄m morti tradere: ſicut fecerūt
iudei p inuidiā. Inuidia facit gaudere de
malis p3 de vi vocis inuidus q̄ſi nō valēs
videre bonū alterius ſine triſticia ⁊ affli-
ctiōe. vñ Hora. Inuid' alteri' reb' marce-
ſcit opimis. Et videt illi' pſpera cū lachry
mis. ideo qn̄ inuidus alterius bonū pſpi-
cit in ſeipſo tabeſcit ⁊ triſtatur: ideo dicebat
Sen. vtinā inuidi in oībus ciuitatibus ha
berent oculos vt tot cruciatus ſuſtinerēt
quot pſperitates viderēt. Exemplū habe
mus in dyalogo Grego. de florentio pſby-
tero q̄ inuidēs fame beati Bn̄dicti miſit ei
panē venenatū quē cū beat' Bn̄dict' feciſ-
ſet offerri p coruū nō potēs occidere bea-
tum bn̄dictū conat' eſt occidere aīas diſci
pulorum ſuorū p ſeptē puellas quas fecit
nudas tripudiare in horto qui erat iuxta
cellas monachorum. qd̄ btūs Bn̄dict' non
potuit ſuſtinere: ſ3 poſito vicario qd̄ ſe re
ceſſit inde: quod audiens florentinus preſ
byter qui erat in quodā ſolario vehemen
ter riſit: ⁊ ſtatim ſolariū ſub ipo cecidit et
miſerū inuidū mortuū cū diabolo preſſuo
ad infernum tranſmiſit. iuxta illud. extre
ma gaudii eorū luctus occupabit. De hoc
igitur malo petim' nos liberari dicendo
in oratiōe dn̄ica. Sed libera nos a malo.
Sequitur amen. vbi eſt cōfirmatio prece-
dentium. ⁊ eſt dictio greca vel hebrea que
aliqn̄ tenet̄ noīaliter. ⁊ tūc idē eſt qd̄ ꝟitas
iuxta illud euangelii. Amen amen dico vo
bis. i. veritatē. Aliquādo tenet̄ verbaliter
⁊ tunc idē eſt qd̄ fiat: vt in fine pſal. amē. i.
fiat. Aliquādo tenet̄ aduerbialiter: ⁊ tunc
idē eſt qd̄ ſine defectu ſine fine: ab a qd̄ eſt
ſine ⁊ mene defectus: quaſi ſine defectu: vt
in miſſa per oīa ſecula ſeculorū amen. Vn̄
verſus. Si ponatur amen pro vero ſit tibi
nomen. Sed ſi ſit poſitū p fiat ſit tibi ver
bum. Si ſine fine notat ſe p aduerbia ia-
ctat ⁊c. ¶ Sequitur in textu quarta pars
ibi. Sit tua tota gemēs oratio. vbi auctor
noſter inſinuat pditiōes oratiōis. dicēs ad
litterā q̄ orō d3 eē cū gemitu. Eſa. xxxviii.
Audiui orōnē tuā ⁊ vidi lachrymas tuas:
iō adiiciā. xv. ānos ſup dies tuos: dixit dn̄s
Ezechie regi p os eſaye pph̄e. Orō d3 eē
cū magno deſiderio. Deut. iiii. Cū q̄ſier ſ
dn̄z deū tuū inuenies eū: ſi tn̄ toto corde
queſieris. Itē oratio d3 eē humilis. Unde
ps. Reſpexit in oratiōnē humiliū ⁊ nō ſpr-

UVA. BHSC. IyR_242

nit precē eoꝝ. Itē oꝛo dꝫ eſſe perſeuerans.
Actuū.ij. Apoſtoli pſeuerantes in oratiōe
meruerunt accipere ſpm̄ſanctum. Itē oꝛo
dꝫ eſſe attēta. glo. ſuper illud.i. Petri.iiij.
Uigilate in oꝛonibus. ¶ Pro quo eſt notā⸗
dum ꝙ nō requiritur in oratione actualis
attentio: ſed ſufficit habitualis q̄ ex p̄uia
actuali attentione ꝓcedit. vnde oratio pri
mo mouetur a deuotione orantis ⁊ atten
tione actuali ſm̄ eſſentiā: ſed quia mēs ad
alia ꝓpter infirmitatē hominis ⁊ euaga⸗
tionem mentis rapitur ideo manet atten⸗
tio virtualiter ⁊ habitualiter vt mota ab
attentione actuali. ſcꝫ preuia deuotione: ſi
cut motio lapidis habet virtutem ex p̄mo
mouente ⁊ effectum: ſic etiam oratio habꝫ
effectum ex preuia deuotione ⁊ attentiōe
actuali: niſi tanta fiat euagatio ꝙ oratio
amittat ṽtutem actualis preuie attentio⸗
nis: ſicut patet in illis qui horas ſuas dicē
do ad alia ſe trāſferunt quod non poteſt
eſſe ſine culpa. Si enim ad cōtrarium oꝛo
nis mens ſe transferat: ſicut ad illicita pec
cata non eſt ſine culpa mortali: ideo neceſ⸗
ſarium eſt vt homo in orādo aut horas di⸗
cendo frequēter reuocet cor ſuū ad ſeipm̄
¶ Pro premiſſorum vlteriori declaratione
eſt notandum ꝙ in oratione triplex debet
eſſe attentio. Prima verba quibus petim⁹
ſecūda ad ipām petitionem. tertia ad ea q̄
petitioni circūſtant ſicut eſt neceſſitas pro
qua deus petitur ⁊ rogat̄. ⁊ ſi aliqua iſtaꝝ
abſit non eſt reputanda attenta oratio. tñ
illi qui nō intelligunt petitiōis ſeu oꝛonis
verba: oꝛoem non minus ꝙꝙ non intelli⸗
gant intenti poſſunt eſſe: ⁊ ideo eis ſufficit
prima ⁊ ſecunda attentio vt patet in laicis
qui verba latina nō intelligunt. Sūmarie
ergo tenendum eſt ꝙ euagatio mentis in
oꝛone facta ex ꝓpoſito nō eſt ſine peccato
⁊ impedit fructum oꝛonis. Et ſi ad contra
rium oꝛonis fuerit eſt peccatum mortale
Si vero nō fiat euagatio mentis ex ꝓpoſi
to ſed ex infirmitate mentis ſolūmodo nō
eſt pctm̄: nec impedit oꝛonis fructum cum
ṽtutē habeat ex prima intentione ⁊c. Itēꝫ
oratio dꝫ eſſe iuſta ideo dictum fuit matri
filioꝝ zebedei. Math.xx. Neſcitis quid pe
tatis: quia iniuſta erat ſua petitio. ideo di
cit Catho. Quod iuſtum eſt petito ⁊c. Itēꝫ
oratio debet eſſe pura: breuis ⁊ operoſa.i.
compēdioſa Math.vi. Orātes nolite mul⸗
tū loqui ſicut ethnici faciūt. putāt eñ ꝙ in
multiloquio exaudiātur. Item oꝛo debet
eſſe fidelis fruens charitate reuocans mē
tem orātis ab om̄i terrenitate. Mat.xxvi.
Aſſumpſit ſecum iohānem petrum ⁊ iaco⸗
bum: per iohēm intelligitur gratia q̄ non
poteſt eſſe ſine charitate. per petruꝫ intel
ligitur fides. per iacobum intelligit̄ ſepa⸗
ratio temporaliū ſm̄ Theo. ¶ Circa vltimā
partem queritur que ſunt p̄paratoria q̄
debent precedere oꝛonem. Ad quod reſpō
detur ꝙ ante oꝛonem debet homo animā
ſuam p̄parare. ¶ Pro quo eſt notanduꝫ ꝙ
duplex reperitur p̄paratio oꝛonis: remo⸗
ta ⁊ ꝓpinqua. Ad remotā eñ ꝑtinet ꝙ be⸗
ne viuat homo. vnde Greg. ſup. Iohā. Sūt
nōnulli intra ecclīam qui ꝓlixas habēt ad
deum oꝛones: ſed vitā depcantium nō ha⸗
bent. Neceſſarium eñ eſt vt oratione opa
tio ⁊ opatione oꝛo fulciatur: ſm̄ Iſido. Ad
hanc eñ p̄parationem ſpectat ieiunium ⁊
elemoſyna. vnde Iſido. Qui oꝛonem ſuam
vult vocare ad celuꝫ faciat ei duas alas.ſ.
elemoſynam ⁊ ieiuniū. Item ad iſtam p̄pa
rationem pertinet confeſſio homini facta
Iac. vlti. Cōfitemini alterutrū pctā veſtra
⁊ orate. Ad ꝓpinquā vero p̄parationē ꝑti⸗
net reuocatio cordis ab exteriorib⁹ ad in⸗
teriora cum intentione eiuſdem. Mat.vi.
Tu cum orabis intra in cubiculum tuū et
clauſo oſtio ora patrem tuū. Itē ꝑtinet cō⸗
ſideratio ſuijpſius. vnde Iſi. Cum deo aſſi
ſtimus ⁊ gemere ⁊ flere debere: reminiſcē
tes ꝙ grauia ſunt q̄ cōmiſimus: ⁊ ꝙ dura
ſunt inferni ſupplicia q̄ timemus. Item ꝑ⸗
tinet vt attendatur ad deum ſacrificiū oꝛo
nis. Unde p̄s. Uacate ⁊ videte qm̄ ego ſuꝫ
dñs ⁊c. ¶ Queritur que impediūt oꝛoeꝫ
Solu. Plura ſunt q̄ impediūt: ſcꝫ pctm̄ orā
tis. Uñ Eſa.i. Cum multiplicaueritis oꝛo⸗
nes veſtras nō exaudiā: qm̄ manus veſtre
ſanguine.i. pctō plene ſunt. Item impedit
dubietas orātis. Uñ Bern. Indign⁹ celeſti
bñdictiōe cōuincit̄ qui dubio querit affe
ctu. Item impedit qñ petit̄ illud qḋ nō eſt
petēdum. Ioco.iiij. Petitis ⁊ nō accipietis
eo qḋ male petitis. Item impedit indigni
tas eius ꝓ quo oratur in Exo. dñs ad moy
ſen. Noli orare ꝓ pplo iſto nec aſſumas
ꝓ eis laudē ⁊ oꝛonem: qꝛ nō exaudiā te et
ad lrām Hiere.vij. Itē impedit oꝛonem ne
exaudiatur malaꝝ cogitationū multitudo
i. Macha.ij. Tēplū ei⁹ ſicut homo ignobi⸗
lis. tēplum eſt homo ignobilis cū imūdis
cogitationibus occupatur. Itē impedit cō
tēpt⁹ diuine leg. Prouer.xxviij. Qui declinat

UVA. BHSC. IyR_242

aurem ſuam ne audiat legē eius orō erit execrabilis. Itē impedit duriciē q̄ eſt in eo ꝯ paupes. ꝓuerb. xxi. Qui obturat aurem ſuam ad clamorē pauperis clamabit ⁊ nō exaudiet. Alia duricies eſt erga eos q̄ offē-dunt: cū eis nolint remittere q̄ eos offēde-runt. Mar. xi. Cum ſtabitis ad orandū dimittite ſi quid habetis aduerſus aliquē vt pater veſter celeſtis dimittat pctā vr̄a qđ ſi non dimiſeritis nec pater celeſtis dimittet vobis pctā. Item impedit pctī additio Eccl. xxxiiij. Unus orās ⁊ alius maledicēs cuius vocē exaudiet dn̄s. Itē impedit ſuggeſtio dyaboli q̄ multos ab orōne retrahit. qđ legitur in vita plurimoꝝ ſanctoꝝ. Item impedit prauitas deſiderij. vnde Greg. in Moralibus. Eterna ſi ore petimus quare non corde deſideram9. Item impedit orōnem petēs impatiētia. Judith. ix. Supbia ab initio nō placuerunt tibi: ſed humiliū ⁊ manſuetoꝝ ſemp tibi placuit deprecatio ⁊ eodē Judith. viij. Qui tētationes non ſuſceperūt cū timore dn̄i ⁊ impatientiā ſuā ⁊ improperiū murmurationis ſue ꝯ dn̄m ꝓtulerūt exterminati ſunt ⁊ perierūt. Itē impedit defectus pſeuerantie. Luc. xi. Si pſeuerauerit pulſans dabit illi quotquot hꝫ neceſſarios. ¶ Queritur vlterius qn̄ orādū. So. dicēdū eſt ꝙ oportet ſemp orare ⁊ nō deficē vt hr̄ Luc. xviij. Nō oꝫ miles remouere ſcutū dū bellū durat. ¶ Querit vlteri9 vbi ſit orādū. So. Dicendū eſt ꝙ vbiqꝫ eſt orādū cū vbiqꝫ ſint ꝑicula ⁊ vbiqꝫ dei auxilio egem9. i. ad Thiti. ij. Volo vos orare in oī loco leuātes puras man9 tn̄ in ꝓuatis oportunis fundit orō ſm Iſi. de ſūmo bono. ⁊ Mat. vj. Cū orabis intra cubiculū tuū. loquendo ad lrām. verūtn̄ locus oportun9 ad orādū eſt eccl'ia. Mat. xxi. Domus mea dom9 orōnis vocabit. ¶ Queritur q̄d ſit petēdū in orōne. So. Dicit glo. ſup illđ Math. xxvi. orauit ter eiuſdē ſmonē ꝓferēs ꝙ tria ſunt a nob petēda ſ. de ꝓteritis malis venia. tutela a p̄ntibus ⁊ cautela a futuris. ¶ Querit vtrū in orōne ſint tpalia petēda. Et videt ꝙ nō ꝑ illud Mat. vi. ſup illud. Primum querite regnū dei et omnia adijciētur vobis ⁊c. vbi dicitur nullo modo licet temporalia orando petere ¶ Oppoſitum habetur in oratione dn̄ica vbi dicitur. Panem noſtrum quotidianū ⁊c. in qua oratione non ſolum ſpūalis ſed etiam corporalis panis petitur vt patet in glo. ergo licet pro tēporalibus orare. Solutio. Dicēdum eſt ſm Aug. ꝙ hoc licet orare quod licet deſiderare. tpalia autē licet deſiderare non quidem principaliter vt in finem cōſtituamus: ſed ſicut quedā adminicula quibus adiuuamur ad tendendum in beatitudinē. ſ. inꝙtum ꝑ ea vita corpalis ſuſtētatur ⁊ inꝙtum nobis organice deſeruiunt ad actus virtutum vt dicit pħs. i. Ethi. Et ideo ꝓ temporalibus licet orare: quia licet tēporalia non ſint querēda principaliter: tn̄ ſunt ſecūdario: vt dicit Aug. in lib. de ſmone in monte: cum dicit Primū querite regnū dei: ergo ſecundario tpalia

¶ Queritur vtrum homo habeat aliqđ determinate petere in oratione. ⁊ videtur ꝙ non: qꝛ determinatio petitionis non ſit niſi ad innoteſcendū deſiderium: ſed deus quē oramus melius ſcit deſideria noſtra ꝙ noſipſi: ergo non debemus in oratione aliquid determinate petere. Oppoſitū pꝫ per hoc ꝙ dn̄s in orōne dn̄ica congruentē formam orandi dedit. per qđ patet ꝙ licet aliquid determinate petere in orōne. Solutio. Dicēdū eſt ꝙ determinatio petendi in oratione valet ad tria. primo ad hoc ꝙ determinatio orōnis ſeu intentio decernitur ad aliquid. Secundo vt nobis innoteſcat deſideriū noſtrū. Tertio vt feruētius petam quia bona quāto particularius inſpiciūtur tanto feruentius concupiſcitur ſicut de delectabilibus corporalibus. ſm pħm. iij. Ethi. ⁊ in Politicis.

¶ Sequitur de ieiunio.

Abſtineas ſeruās ieiunia nulla relaxans.
Que iubet eccl'ia ſeruari ſcilicet iſta.
Vult chriſtus natus aſcenſio ſpiritus almus.
Sumpta dei genitrix ieiunando venerari.
Ante diem feſti necnon ⁊ apoſtolus omnis.
Exceptis iacobo philippo ſicqꝫ iohanne.
Cum quadrageſima iungantur tempora quarta.

UVA. BHSC. IyR_242

Et que pontifices in ſede ſua ſta-
tuere.
Cum ieiunabis horam nec antici
pabis.
Criminavitabis: epulis te nō one
rabis.
Carnem caſtigant ieiunia crimi-
na vitant.
Ad dn̄m mentem releuant faciūt
ꝙ placentem.
Donāt virtutes ⁊ premia dantꝙ
ſalutes.

Istud capitulum de ieiunio diuiditur in q̄ttuor partes. In prima parte auctor noſter hortat̄ ieiunia ab eccl̄ia inſtituta obſuari. In ſecunda docet que ſunt illa. In tertia docet horam comedendi in diebus ieiunalib⁹ ⁊c. In quarta parte auctor noſter docet effectus ſeu vtilitatē ieiunij. Prima in principio. ſcd̄a ibi. Vult xp̄us natus. tertia ibi. Cum ieiunabis. quarta ibi. Carnē caſtigant ieiunia. ¶ Quantū ad primū eſt notandum ꝙ ꝑ ieiunium carnis concupiſcētia refrenatur: mens eleuatur: ⁊ v̄tutes conſeruātur. Item nota ꝙ ieiuniū eſt cōmuniter de precepto iuris diuini et naturalis: ſed determinatio temporis ieiuniorum ⁊ modus ieiunandi ad ius poſitiuū ꝑtinet ⁊ ad p̄latos eccl̄ie: ⁊ ſic ieiuniū cadit ſub precepto eccleſie: ⁊ iō q̄ ex cōtēptu vel ſine cauſa rationabili trnaſgredit̄ ieiunia habens etatem ad hoc peccat mortaliter contēnendo eccleſie mandatum. Quia auctor dicit in p̄ncipio iſtius littere nulla relaxās ieiunia q̄ iubet eccleſia. ¶ Queritur vtrū ſit aliqua exceptio: quia auctor nullā facit. Solutio. Dicēdum eſt ꝙ ſic quia pueri vſꝙ ad. xx. vel. xxi. annū ſm compē. ſeptem ſacrox excuſantur: qm̄ vſꝙ ad illd̄ tp̄s ꝓpter actū nutritiue ⁊ augmentatiue v̄tutis pauco cibo indigēt ⁊ frequenti. ſm philoſ. lib. de aīalibus. vn̄ in ſumma Ray. c. de ferijs. in glo. d̄r. ꝙ pueri a. xxi. ⁊ ſupra ieiunare tenētur nec ante hāc etatē credo aliquē eſſe compellēdum: tn̄ q̄ aliqui ſunt in. xxi. anno debiliores ꝙ alij in. xviij. In talibus recurrendū eſt ad arbitriū boniviri licet talia non ſint p̄dicanda publice cū ad cōcupiſcentiā gule iuuenes facil̄r moueātur ſm ꝙ eox virtus roboratur. Sil̄r de infirmis ⁊ debilib⁹ ſm arbitriū boni viri eox ieiunia ſunt limitanda. De peregrinis eſt diſtinctio: q̄ ſi cōmode ꝑegrinatio differri pōt debet pretermitti ⁊ ieiuniū ꝑfici Si v̄o neceſſitas vrgeat ſic ꝙ nec p̄termitti nec differri poſſit ꝑegrināres a ieiunio excuſant̄ ſi ieiunare non poſſint. Sꝫ ſi ꝓp̄a volūtate arripuerūt ꝑegrinatiōes in quadrageſima vel in alijs tēporibus ſtatutis ad ieiunandū cū ad illas non teneant̄: vel alio tp̄e p̄cedente potuiſſent eas feciſſe vel futuro tp̄e cōplere nō excuſant̄ a ieiunijs Et ſi ea trāſgrediāt̄ peccāt ⁊ tenēt̄ alio tp̄e ieiunia facta recōpēſare: ſm ꝯſiliū eccleſie Unde ad hoc a ſuis preſbyteris ante quadrageſimam ſunt mouendi de curſoribus magnatū quox vſus eſt neceſſarius ſi eos currere oporteat ⁊ ieiunare nō poſſunt excuſant̄. De laboratoribus ⁊ oꝑatorijs vbi opus eſt cū magno labore ſi adeo ſint pauperes: q̄ ꝑ ſeip̄os oportet laborare ſeu colere vel aliūde ſufficienter victū nō haberent ꝓ ſe ⁊ familia ſua cuius curā hn̄t niſi laborando ⁊ laborare non pn̄t niſi ieiunia frangant pn̄t ieiunia frangere ⁊ laborare Si vero oꝑarij ⁊ laboratores diuites ſint ⁊ poſſint ꝑ alios oꝑa ſua ꝑficere non excuſantur. Nā ꝯſtat ꝙ intētio maioris lucri ⁊ nō neceſſitatꝫ nō excuſat oꝑariū a ieiunio nec ſunt īmunes a pctō qui oꝑarios cōducere nolūt: niſi tali pacto ꝙ ſoluāt ieiunia vt plus operent̄: niſi forte neceſſitas oꝑis ꝓ quo laborator expoſcat feſtinatiōeꝫ. Itē ſi ſui ⁊ ruſtici ſint qui debent opera dn̄is ſuis non peccant mortal̄r frāgēdo ieiunia tn̄ hoc fieri nō debet ꝓp̄ria auctoritate: ſꝫ ꝑ diſpēſationē eccl̄ie fieri dꝫ. ¶ Querit̄ quid de pregnātibus ⁊ nutricib⁹. Solutio Dicendū eſt ꝙ ſi timeamus ꝓbabiliter de periculo fetus nō ſolum pn̄t exſoluere ieiunia: ſed etiā tenētur. Quātū añt ad diſpēſationē ieiunij ſi conſtat oībus vicinis de cauſa ꝓpter quā ſoluendū eſt ieiuniū non eſt neceſſariū ꝙ petat̄ diſpenſatio: ſi autē dubium eſt illis quibus ſoluendum eſt ieiunium tūc petat̄ diſpēſatio ab ep̄o vel ei⁹ penitentiario. Si vero neuter poſſit haberi ſufficit licentia ꝓprij ſacerdotis: q̄ nullus ꝓp̄ria auctoritate debet frāgere ieiunia ab eccleſia inſtituta: ⁊ hec q̄ dicta ſunt reperiuntur in ſumma Ray. c. de ferijs. in

UVA. BHSC. IyR_242

glo. ¶ Queritur vtrum paupertas excu
ſet a ieiunio. Solutio. Dicendum eſt ꝙ illi
pauperes qui nõ poſſunt habere ſimul qđ
vnã comeſtionẽ ſufficere debeat excuſant.
ſicut ſunt illi qui querũt fruſtatim panem
Illi aũt qui poſſunt habere illud ſimul nõ
excuſant. ſcđa pars eſt ibi Vult xp̃s natus
vbi auctor noſter docet q̃ tẽpora ſint ieiu-
nanda dicens ꝙ ſunt iſta q̃ ſequũtur. Vigi
lia natiuitatis dñi. quadrageſima. q̃tuor
tẽpora ãni. ſcꝫ mercurij veneris ⁊ ſabbati:
poſt dñicam brandonũ. Mercurij veneris
⁊ ſabbati poſt penthe. Mercurij veneris ⁊
ſabbati poſt exaltationem ſancte crucis.
Mercurij veneris ⁊ ſabbati poſt feſtũ be-
ate Lucie. vigilia pẽthecoſtes. vigilia nati
uitatis btĩ Johã. bap. vigilia aſſumptiõis
noſtre dñe. vigilia oĩm ſctõrum. vigilia btĩ
Laurentij. vigilia oĩm apl'orum preter vi-
giliam beati Johan. euang. in natali dñi.
⁊ Philippi ⁊ Jacobi in principio maij: q̃ vi
gilia Jacobi circa finem iulij ieiunat. De vi
gilia beati Bartholomei conſuetudinẽ tue
regionis obſues: vt habet in. c. ꝯſilium de
obſua. ieiu. ⁊. c. i. infra eo. De vigilia beati
Mathie vtrũ debeat ieiunari. dicat ꝙ ſic.
ſicut ⁊ alioꝝ apl'orum in. c. i. de obſua. ieiu
nio. etiam in aduentu dñi eſt ieiunium re-
ligioſis. De iſta materia ieiunioꝝ videat q̃
voluerit in. c. ſtatuimus. lxxvi. diſtinc. ⁊ de
con. diſtin. iij. c. ieiunia. Sup p̃miſſis notã.
eſt ꝙ ſi vigilia ieiunanda cadat in die dñi-
co dꝫ ieiunari in die ſabbati p̃cedẽte. in. c.
i. ⁊. ij. de obſ. ieiu. quia dies dñicis eſt dies
leticie ⁊ non afflictionis: ideo in eo non eſt
ieiunandũ. Similiter ad deteſtationẽ ma-
nicheoꝝ. ſ. quorũdam hereticoꝝ qui eo die
ieiunabant. ¶ Queritur ſi dies natiuit.
domini occurrat in die veneris vtrũ liceat
carnes comedere. Solutio. Dicendum eſt
ꝙ ſic: exceptis vouẽtibus ⁊ ꝓfeſſis voto vt
quia vouerint nõ comodere in ſexta feria
vel ſimile: nõ debent comedere. in. c. expli-
cari. de obſer. ieiuni. ¶ Queritur q̃ ciba
ria ſint comedenda ſeu ſumẽda diebus ie-
iunalibus. Solutio. Illa cibaria que non
mouent ad concupiſcentiã vel que minus
mouent: ideo carnes cum cito conuertant
in materiam ſeminis ſunt ꝓhibite: piſces
aũt non: qꝛ nõ ita conformãtur complexio
ni hominum nec ita cito conuertuntur in
materiam ſeminis ſicut carnes. vinuꝫ aũt
licet inflammet concupiſcẽtiam tamen nõ
ꝓhibetur ieiunantibus quia eius inflam-
mat non tantum durat q̃tum inflamma-
tio cõcupiſcẽtie q̃ ꝓcedit ex cõmeſtiõe car
niũ. Itẽ vinũ nõ ꝓhibet ꝓpter digeſtionis
impedimẽtum q̃ nimis debilitaret. Tertia
ꝑs eſt ibi. Cũ ieiunabis: vbi auctor nr̃ do-
cet horã comedendi in dieb' ieiunalib' di.
Primo ꝙ ieiunãtes ſemel in die tm̃ debẽt
comedere: lꝫ poſſint pluries bibere ꝓpter
digeſtionẽ: tñ caueat exceſſus. Hora autẽ
comedẽdi eſt hora nona vl' circa qꝛ tali ho
ra xp̃s emiſit ſpm̃: nec reqrit determinare
horã nonã ſm ſubtilẽ eſtimationẽ ſꝫ ſoluꝫ
ſm groſſaꝫ. ¶ Querit q̃d ſit dicẽdum de
ſeruitoribus nobiliũ ſi ex cã neceſſaria ali
quantulum preueniant horã nonam ex to
to comedendo vel modicũ p̃bibẽdo ne ꝓ-
pter debilitatẽ in ſeruiẽdo deficiant: ⁊ hoc
faciũt poſitis iã mẽſis vel parũ ante: ita ꝙ
ꝓpter ꝯtinuationẽ tp̃is totũ debeat repu
tari vna mẽſa. Solu. Nõ credo ꝙ peccẽt ſi
cut nõ peccãt ſeruitores mediocriũ ꝑſona
rũ qui ſurgũt de mẽſa dñoꝝ ſuoꝝ ⁊ vadũt
ad vinũ vel portant encenia ⁊ iterũ reue-
rentes comedũt. Idẽ credo dicendum de
illis regularibus qui legunt legendas ad
menſam in refectorio dũ tñ hoc ex licẽtia
faciãt. Circa iſtam tertiã partẽ q̃rit primo
Utrum ſumptio medicinarum ieiuniũ ab
eccleſia inſtitutũ ſoluat. Solu. Dicendum
eſt ꝙ non niſi forte aliquis ſumeret in ma
gna quantitate in fraudẽ ꝑ modũ cibi: qꝛ
ſic ieiuniũ frangeret. ¶ Queritur vtruꝫ
dando elemoſynam poſſit aliquis redime
re ieiunium. Dicendũ eſt ꝙ pene pctõrum
per elemoſynã redimũtur ⁊ relaxant. in. c.
medicina. de pe. di. i. lxxxij. diſt. c. preſbyter
⁊ ſic ieiuniuꝫ elemoſyna redimi poteſt. tñ
credo ꝙ hoc debeat fieri cõſilio ſacerdotꝭ
vt. d. c. preſbyter. ¶ Querit vtrũ q̃s per
aliũ poſſit ieiunare. So. Dicendũ eſt ꝙ ſic
quia denariũ poteſt dare vt ſe redimat a
ieiunio: ergo multo fortius ꝑ alterius ieiu
niũ põt liberari. i. d. c. p̃ſbyter. Itẽ ieiuniũ
viui ꝓdeſt mortuo ad liberamẽ. de pe. di.
vi. c. i. ⁊. xiij. q. ij. c. aĩe. vbi dꝛ aĩe defunctoꝝ
quattuor modis ſoluũtur. ſ. oblationibus
ſacerdotũ: precib' ſctõꝝ caroꝝ elemoſynis
⁊ ieiunio cognitoꝝ: ergo ieiuniũ vnius po
teſt fieri per aliũ ⁊ votuꝫ tam viui q̃ mor-
tui ſolui poteſt per ſuperſtitem. xvi. q. vi.
c. ſi quis fuerit: tñ talis cõmutatio nõ de-
bet fieri ꝓpria auctoritate maxĩe in pnĩa
impoſita ab hoĩe. extra de voto. c. ex mul-
ta. in fine ꝑ totum. Super premiſſis notã-

UVA. BHSC. IyR_242

dum eſt primo ꝙ duplex eſt ieiunium: ſcʒ eccleſie quod fit vel habet fieri ꝓpter mortificationem carnis: et iſtud non ſoluitur ꝓpter aſſumptionem medicinarum aque vini ꝛc. Aliud eſt ieiunium nature quod dicit priuationem cuiuſcunqꝫ rei: ſiue aque ſiue vini ſiue medicine ꝛ illud requiritur in conſecratione. Item eſt notandum ꝙ duplex eſt effectus ſatiſfactionis. Primus ſiue vnus eſt exciſio cauſarum peccatorum ſequentium. ꝛ iſto modo penitentia eſt q̄dam medicina ad peccatum euitandum ſicut ieiunium ꝛ peregrinatio domant corpus. Et iſto modo vnus ꝓ alio non poteſt ſatiſfacere: quia ieiunium et peregrinatio vnius non domant corpus alterius. Secundus effectus eſt ſolutio debiti peccatorum precedentium quo penitens fuerat obligatus poſt contritionem confeſſioneʒ ꝛ abſolutionem ꝛ ꝗ̄tum ad hoc vnus pōt ſatiſfacere pro alio. ita tamen ꝙ ille ſit in gratia ꝛ charitate ꝛ ꝙ habeat aliquem defectum ꝓpter quem ſatiſfacere non poſſit nec ſatiſfactioneʒ facere quam alius facit ꝓ eo. De iſtis ieiunijs ꝛ modo ieiunādi videatur. de conſecra. diſtin. v. quaſi per totum. Quarta pars eſt ibi. Carneʒ caſtigāt ieiunia: vbi auctor noſter docet effectus ꝛ vtilitates cōmendabiles ieiunij. vbi eſt notandum ꝙ ieiunium eſt comendabile. exēplo moyſi qui ieiunauit quadraginta diebus ꝛ quadraginta noctibus: ꝛ data eſt ei lex. Exodi. xxxiiij. Item commendabile eſt exemplo Helye qui tanto tēpore ieiunauit iiij. Reg. xix. Item ieiunium eſt cōmendabile exemplo ſaluatoris noſtri. Math. iiij. Cum ieiunaſſet quadraginta dieb' ꝛ quadraginta noctibus poſtea eſuriit. Ieiuniū enī eſt cōmendabile quia carnem caſtigat crimina vitat. vt in littera auctoris dicitur Ieiunium enī eſt cōmēdabile quia dei miſericordiam impetrat. Ione. iij. Miſertus eſt dominus niniuitis. Ieiunium conſolationem dei ꝛ angelorum meretur. Math. iiij. Poſt ieiunium domini acceſſerunt angeli ꝛ adminiſtrabant ei. ꝛ cornelio ieiunāti ꝛ oranti apparuit angelus. Actuum. x. Ieiunium ponit dyabolum in arido vbi requiem non habet. Math. xij. Cum immūdus ſpiritus exierit ab homine ambulat per loca arida querens requiē ꝛ non inuenit. Dyabolus enī ad modū piſcis ſtat in loco humido. Job. xl. vehemot habitat in locis humētibus. ꝛ intelligatis locum humidum vbi gula colitur ꝛ luxuria. Ieiuniū cōmendabile eſt quia valet ad ſanitatem corporis. Eccli. xxxvij. In multis eſcis erit infirmitas. qui autē abſtinens eſt adijciet vitam. Ieiunium cōmendabile eſt q2 valet cōtra aduerſitates. vnde. i. Eſdre. viij. Ieiunamus ꝛ rogamus deum ꝛ venit nobis ꝓſpere. Beati enī dicuntur quia abſtinēt ꝓpter deum. Luc. vi. c. Beati qui nunc eſuritis quoniam ſaturabimini. ꝛ idem habet Math. v. Sed ſuper hoc notandum eſt ꝙ abſtinētia corporis eſt preclara apud deū cum animus ieiunat a vicijs. Unde Eſaias Hoc eſt perfectum ꝛ rationabile ieiuniuʒ quando exterius homo ieiunat ꝛ interius vicijs caret. Qui enim in peccato mortali ieiunat corpus ſuū velut cadauer mortuū deo offert. Qui charitatem non habet omne bonum amittit quod habet. Mat. xiij. ꝛ. xxv. ꝛ prime ad Corinth. xiij. c. Nihil enī ꝓdeſt ieiunare dentibus ꝛ luxuriari volūtatibus. ſ̄m Ambroſium. Ieiunium enim debet fieri bona intentione nō ad laudem populi acquirendam ſicut faciunt hypocrite. Math. vi. Cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocrite triſtes. Item ieiunās non debet q̄rere delicias. Nam ieiunium ſpernitur quod in veſpere delicijs compenſat. Et ſic finis de ieiunio ꝛc. Quia dictum eſt ſuperius ꝙ ſatiſfactionis quattuor ſunt partes: ſcilicet reſtitutio: oratio: elemoſyna: ꝛ ieiunium: ꝛ de quolibet iſtorum membrorum ſufficienter extitit declaratum: tū q2 materia ſuffragioꝝ eſt pertinens precedentibus cuʒ ſuffragia ſint ſatiſfactiones ideo de ipſis ſuffragijs intendo hic aliqua elucidare. Primo querēdo vtrū ſuffragia ꝓſint defunctis. ¶ Pro cuius dubij declaratiōe eſt notādū ꝙ illoꝝ q̄ purgātur tria ſunt genera. Sūt enī aliqui q̄ ſatiſfactiōe ſibi iniūcta nōdū cōpleta decedūt. Uerūtū ſi tantā haberēt cordis contritionē ꝙ ſufficeret ad delendū pctm̄ liberi ad vitā tranſirent eternā. Etiā ſi ſatiſfactionē minime compleſſent q2 contritio eſt maxima pro pctis ſatiſfactio ꝛ maxima deletio pcti. vn̄ Hiero. apud deum nō tm̄ valet mēſura tēporis ꝗ̄tum doloris nec abſtinentia ciborum ꝗ̄tum mortificatio vicioꝝ ſed quia deo conteruntur ꝛ ante expletionem penitentie moriuntur: igne purgatorij grauiſſime puniuntur niſi forte coꝝ ſatiſfactio ab aliquibus caris ſuis perficienda aſſumat Ad hoc tamen ꝙ predicta commutatio va

UVA. BHSC. IyR_242

leat quattuoꝛ requirſitur. Primū ex parte cōmutātis. ſ. auctoꝛitas qꝛ ſacerdotis auctoꝛitate fieri debet talis cōmutatio. Secundū ex parte illius ꝓ quo fit cōmutatio ſcʒ neceſſitas: quia in tali ſtatu debet eſſe ꝙ ꝑ ſe ſatiſfacere nō valet ſed adiuuari indiget. Tertiū eſt ex parte illius in quē fit. ſ. charitas: quia neceſſe eſt ipm̄ eſſe in charitate qui facit ipſam ſatiſfactionē eſſe meritoriam ⁊ ſatiſfactoriā. Quartū ex ꝑte vtriuſq;. ſ. debita ꝓpoꝛtionabilitas vt videlicet minoꝛ pena cōmutet̄ in maioꝛē: quia plus ſatiſfacit deo pena ꝓpꝛia ꝙ̄ aliena. ¶ Pro cuiꝰ vlterioꝛi declaratōe eſt not. ꝙ triplex eſt pena: pꝛopꝛia ⁊ voluntaria. ⁊ hec maxime ſatiſfacit. Alia eſt pena ꝓpꝛia, ſʒ nō voluntaria q̄ eſt in purgatoꝛio: ⁊ hec minus ſatiſfacit ꝙ̄ pꝛima. Alia eſt pena volūtaria ſed non ꝓpꝛia ſicut in pꝛedicta cōmutatione: ⁊ hec minus ſatiſfacit ꝙ̄ pꝛima: ſed magis ꝙ̄ ſecunda. ꝓbatio pꝛime partis: qꝛ nō eſt ꝓpꝛia ꝓbatio ſcđe ꝑtis: quia eſt voluntaria. vnde debuit in purgatoꝛio penā ſuſtinere duoꝝ mēſium talis poterit iuuari ſuffragijs taliter ꝙ liberabitur infra menſem. Nunꝙ̄ tamen inde eripitur quouſq; debitū ſit ſolutum quo ſoluto illud quod ſoluitur deinceps eſt illius qui facit ſuffragia ⁊ in ſinū eius conuertit̄ dūmodo ſit in charitate. ⁊ ſi nō indiget cōuertit̄ in ſinum eccl'ie: vel valet alijs qui ſunt in purgatoꝛio ſm voluntatem diuine diſtributionis ⁊ intentionem facientis. ſi ſit in ſtatu gr̄e qꝛ aliter faciens nō pōt diſponere ꝓpꝛie ⁊ directe. Alij ſunt qui in purgatoꝛium deſcendunt qui ſatiſfactionē eis iniunctam compleuerunt ſʒ ſufficiens nō fuit. Hi eñ niſi magnitudo contritionis ſuppleat totū in purgatoꝛio complebunt qđ minus in hac vita fecerunt niſi vt pꝛius aliquis pꝛo ipſis ſatiſfaciat. Nam deus qui modos ⁊ mēſuras pctōꝝ ⁊ penaꝝ nouit addit penā ſufficientem ne aliquod pctm̄ impunitū remaneat. Pꝛo quo cum maioꝛi elucidatiōe eſt notandū ꝙ penitentia iniuncta aut maioꝛ eſt aut equalis aut minoꝛ. ſi maioꝛ tunc cedit ad augmētum gl'ie. ſi equalis tūc ſufficit ad diminutionem totalis culpe ⁊ pene. Si minoꝛ tunc illud quod reſtat complebitur ex virtute diuine iuſticie in purgatoꝛio niſi vt pꝛius ⁊c. Alij ſunt qui deſcendūt in purgatoꝛium ferētes lignū fenū ⁊ ſtipulam. Iſti eñ ſm ſuos modos amandi iſta tēpoꝛalia punient̄ ⁊ cremabūtur in purgatoꝛio ferentes lignum diutius ferentes fenum minus ferentes ſtipulam adhuc minus. Iſta tamen pena purgatoꝛij excedit omnem penam quam vnꝙ̄ paſſus eſt aliquis in hac vita. vnde beatus Aug. Nūꝙ̄ in carne inuenta eſt tanta pena licet mirabilia paſſi ſint martyꝛes toꝛmēta. ¶ Queritur ꝓpter dubia que poſſent oꝛiri circa pꝛemiſſa pꝛimo qui ſunt illi quibus iſta poſſunt pꝛodeſſe ſuffragia ad iſtud q̄ſitū reſpondetur ſm beatum Aug. in lib. de cura ꝓ moꝛtuis. ꝙ omnes qui de hac vita decedūt aut ſunt valde boni. ⁊ iſti nō indigēt aut valde mali ⁊ ꝓ iſtis nō eſt oꝛādū: aut ſunt mediocriter boni ⁊ mali ⁊ iſtis ſuffragia ꝓſunt. Eoꝝ autem qui ſunt valde boni ſūt tria genera: pueri baptizati: martyres: viri perfecti qui vixerunt in dilectiōe dei ⁊ amoꝛe ꝓximi mundū ꝓ deo ſpernentes: qui ſi quādoq; venialiter peccauerint tamen charitatis feruoꝛe: ita in eis peccatum cōſumitur ſicut gutta aque a camino ignis ꝓtinus abſoluitur. ꝓpter hoc dicebat beatus Augu. ꝙ iniuriā facit martyꝛi qui oꝛat ꝓ martyꝛe: ⁊ in. c. cū marthe. §. vl. de cele. miſ. Si vero aliquis ꝓ aliquo valde bono oꝛaret dubitans an euolaſſet ad celum ille actiōes eſſent gratiarum actiones ⁊ ad meritum tendunt oꝛantis. ſm illud. Oꝛatio mea in ſinu meo conuertetur. Noteris ꝙ ſi illi ꝓ quibus ſuffragia fiunt ſint in paradiſo vel in inferno reuertūtur ad eum qui facit ſuffragia vel quibus ſua intentio dirigitur ſi ſit in charitate aliter nō. His eñ ſtatim tribꝰ gñibus celū aperitur. nam edificauerunt aurū argentum ⁊ lapides pꝛecioſos: ⁊ ſecuri ſunt de vtroq; igne ſm beatum Aug. ſuper Pſal. cxxij. ⁊ per magi. ſen. xxi. di. iiij. ſenten. De pꝛimo genere habetur Luce. iij. Jeſu baptizato ⁊ oꝛante apertum eſt celum. baptiſmꝰ eñ virtute paſſionis chꝛiſti mūdat ab omni peccato. De ſecundo genere habetur Act. vij. Ecce video celos apertos ⁊ filium hominis ſtantē a dextris virtutis dei. verba ſunt beati ſtephani ꝓthomar. dum pateretur. ita ꝙ ſi tales qui patiuntur martyriuʒ habeant aliqua cremabilia falſe martyrij reſecātur. De tertio genere habetur Apoca. iiij. vidi ⁊ ecce oſtiū apertum eſt in celo. Sed videtur ꝙ ſuffragia ꝓſint exiſtētibus in patria per illud quod habetur in collecta miſſe vbi habet̄. ſicut ſanctis tuis ꝓſunt ad gloꝛiam ſacramenta ſup. ita no-

UVA. BHSC. IyR_242

bis proficiant ad medelam. Solutio. Dicē dum eſt ꝙ ſuffragium de ſui ratione ipoꝛtat quendā auxiliationē que nō cōpetit ei qui defectū nō patitur. ſancti vero nullum defectū patiūtur nec aliquo indigēt iuuamine quare eis nō ꝓſunt ꝓprie ſuffragia ꝗuis de oībus bonis gaudeant. nō tamen ſequitur ꝙ multiplicatis noſtris gaudijs eoꝝ gaudiuꝫ augmētetur formaliter: ſed materialiter tm̄: quia omnis paſſio formaliter augetur ſm̄ rationem ſui obiecti. ratio autē gaudēdi in ſanctis de quibuſcūꝗ gaudent eſt ipſe deus de quo non poſſunt magis ꝛ minus gaudere: qꝛ ſic eſſentiale p̄miū eoꝝ variat̄ ſm̄ btm̄ Tho. ſupra. xlv. di. iiij. ſentē. tamen Alber. in ſuo cōpen. theo. dicit ꝙ ſuffragia ꝓſunt ſanctis per moduꝫ charitatiue cōiūctionis hoc eſt actualiter. Et huic cōcoꝛ. Boñ. ꝛc. Ualde em̄ mali ſunt qui in infernuꝫ demerguntur de q̇b' btūs Augu. Si ſcirem patrē meū eſſe in inferno nō plus oꝛarem ꝓ eo ꝗ̄ ꝓ dyabolo. Idem dicit beat' Diony. c. vij. cele. ierar. ſub tali verboꝝ forma: ſummus ſacerdos pro immundis nō oꝛat. i. ꝓ damnatis: quia in hoc auerteretur a diuino oꝛdine. ꝛ Greg. xxxiij. moꝛa. eadē cauſa eſt cur nō oꝛetur ꝓ hominibus eterno igne dānatis q̄ cauſa eſt vt nō oꝛetur ꝓ dyabolo. angeliſꝗ eius. Sed cōtrarium narrat Damaſ. in quodam ſermone di. ꝙ Gregoꝛius fundens oꝛationeꝫ ꝓ traiano audiuit vocē ſibi diuinit' illataꝫ ſub tali verboꝝ forma. vocē tuā audiui et veniā de traiano. cuius rei vt idē Damaſ. Narrat in dicto ſermone teſtis extitit oꝛiens ꝛ occidens: ſed troianū cōſtat in inferno fuiſſe: qꝛ multoꝝ martyꝛum necē amaram inſtituit: vt idem Damaſ. narrat loco p̄allegato. ergo ſuffragia eccleſie ꝓſunt dānatis. Ad iſtud dubiū omiſſis pluribus opinionibus hinc ꝛ inde dicenduꝫ eſt ꝙ q̄ ſine fide operante per dilectionem de coꝛpoꝛe exeunt fruſtra illis a ſuis ſuffragia impenduntur ſm̄ Augu. ſed oēs dānati ſunt huiuſmodi: ergo ſuffragia eis nō ꝓſūt: ꝗuis aliq̄ habuerunt opiniones alias circa hoc quas opiniones recitare p̄termitto cauſa breuitatis: etiā qꝛ ſunt preſumptione ꝛ inducentes errorē. vñ Alber. in ſuo ꝯpendio theo. ꝛ Boñ. tenēt ꝙ ſuffragia ꝓſunt actualiter dānatis ꝑ modū diuiſiōis ſeu ſubtractionis: qꝛ ꝗ̄to plures ſaluātur ꝑ merituꝫ eccl'ie. tāto paucioꝛes dānabuntur: ꝛ ſic nō augmētat̄ eoꝝ pena qꝛ in inferno fallit illa auctoꝛitas. Solatiū miſeroꝝ ē habere ſocios. Ualet etiā ipſis faciētibus ſi ſint i charitate ꝑ moduꝫ meriti. ꝙ ꝓ paruulis poſt baptiſmū decedentib' oꝛet̄ nō ē neceſſe: ſꝫ fit ꝓpter gratiarꝫ actiones. ſm̄ cōpen. theo. lib. vij. iccirco ſm̄ beatū Aug. beatū Tho. ꝛ plures alios famoſos doctoꝛes: tutius eſt dicere ſimpliciter ꝙ ſuffragia nō ꝓſunt dānatis nec pro eis eccleſia intēdit oꝛare nec ad liberationē vt ab ipſis penis liberent̄: nec ad mitigationē: vt ſcꝫ pena in eis mitigetur: nec ad diminutionē: nec ꝗ̄tum ad ſuſpenſionem vt ſcꝫ ad tēpus vel hoꝛam pena eoꝛum ſuſpendat̄: nec ꝗ̄tum ad foꝛtificationem: vt dicit Altiſſiodoꝛus q̇ tenuit ꝙ per ſuffragia dānati roboꝛabantur ad melius ſufferendū penā: ſicut ſi aliquis poꝛtaret graue onus et facies ſua ꝑfunderetur aqua roſacea ſic cōfoꝛtaretur ad meli' poꝛtandum: ꝛ tñ onus ſuum in nullo leui' fieret: ꝛ male opinat' fuit: quia non poteſt eē ꝙ pena tollatur niſi prius culpa expietur: ꝛ ideo cū culpa cōtinue maneat in damnatis eoꝝ pena nullatenus interrumpetur. Item dānati in inferno ſunt extra vinculū charitatis ſm̄ quā charitatem opera viuorum cōtinuantur defunctis. Item qꝛ damnati totaliter ad vie terminū peruenerunt recipiētes vltimā retributionē ſꝫ Damaſ. ergo cum eadem cauſa ſit cur nō oꝛetur ꝓ hominibus damnatis. que cauſa eſt vt nō oꝛetur pro dyabolo angeliſꝗ eius eterno ſupplicio mancipatis: videtur euidēter ꝙ ſuffragia nullo modo ꝓſint dānatis: quia ſancti de eis vtiꝗ quos eterno damnatos ſupplicio iam nouerunt ante illū iuſti iudicis cōſpectuꝫ oꝛationis ſue meritū caſſari nō dubitāt: ergo male ꝓ damnatis fiūt. Tunc ad rationem in cōtrariū dicendū eſt ꝙ precibus beati Greg. Traianus ad vitaꝫ fuit reuocatus. ꝛ ſic gratiā conſecutus per quam remiſſionē peccatoꝛuꝫ habuit: ſicut etiam apparet in oībus illis qui fuerūt a moꝛtuis miraculoſe ſuſcitati quoꝛum plures cōſtat eſſe damnatos ſm̄ preſentem ꝓ prioꝛum meritoꝝ iuſticiā nō autem diffinitiue ſiue ſententialiter: qꝛ vt dicit beat' Augu. in lib. de cura ꝓ moꝛtuis. aliq̄ ſunt q̄ ſingulariter ex priuilegio aliquibus cōcedūtur que nō cōcedūtur oībus: vt legitur in pluribus paſſibus ſacre ſcripture. Mediocriter boni ꝛ mali ſunt qui cremalia aliqua ſecum ferunt ſcilicet lignum: fenum: ꝛ ſtipulam: vel qui penitētiā iniunctā



UVA. BHSC. IyR_242

vel ſufficientem mortem preoccupati non potuerunt cõplere: ⁊ ideo detinẽtur ĩ purgatorio: talibus ſuffragia proſunt. xiij. q. ij. c. anime defunctorum. ⁊ cap. tempus. et hoc triplici ratione. ſcilicet ratione vnitatis: quia ſunt vnum corpus cum illis de eccleſia militante: ⁊ ideo bona noſtra debẽt eis cõmunicari. Secundo ratione dignitatis: quia dũ viuerent meruerũt vt hic ſuffragia eis prodeſſent: etiam quia dum viuerent alios iuuerunt: ideo dignuꝫ eſt vt ipſi ab alijs iuuentur. Tertio ratione neceſſitatis: quia ſunt in ſtatu in quo ſe iuuare non poſſunt. ẜm beatũ Tho. ſupra. xlv. diſtin. iiij. ſentẽ. ⁊ ẜm beatũ Aug. ⁊ omnes alios doctores theologie. ¶ Queritur vtrum exiſtentes in purgatorio poſſint ſcire ſuffragia que ſunt pro eis. Breuiter ẜm Augu. dicendum eſt ꝙ ſic quattuor modis Uno modo per diuinam reuelatiouẽ. Secundo per bonorum angeloruꝫ manifeſtationem qui omnes actus noſtros conſiderant: ⁊ nunciãt exiſtẽtibus in purgatorio ſuffragia que fiunt pro eis. Tertio modo per animarũ hinc exeuntiũ intimationem Quarto modo ſcire poſſunt per experientiam cũ vident ſe a penis releuari: ⁊ ſentiũt et cognoſcũt ꝓ ſe fieri ſuffragia. ¶ Queritur vtrũ ſuffragia per vnũ alteri facta ꝓſint: vt dictũ fuit ſuperius. Et videt̃ ꝙ non ꝑ illud qδ habet̃ ad Gala. vi. Ubi dicitur: q̃ ſeminauerit hõ hec ⁊ metet: ſed ſi vnus ex ſuffragijs alterius fructũ cõſequeret̃ meteret ab alio ſeminata: ergo ſuffragia per vnũ facta alteri nõ ꝓſunt. Item ꝓbatur ꝑ illud quod habet̃ Apoca. ix. Beati mortui et ſubdit̃. Opera eñ illorũ ſequũtur illos ergo vt prius. Itẽ vt ꝓbatur operatio eſt ſolum exiſtentis in via: ſed hoĩes poſt mortem non ſunt viatores: ergo. Oppoſitũ apparet verũ per illud qδ habet̃. ij. Macha. xij. Sancta ⁊ ſalubris eſt cogitatio ꝓ defunctis exorare: ergo eſt vtile: ⁊ per cõſequẽs ſuffragia ꝑ vnũ alteri ſeu ꝓ altero facta ei proſunt. Ad idem beatus Aug. in lib. de cura ꝓ mortuis. dicit non parua eſt vniuerſe eccleſie auctoritas que in hac clara cõſuetudine: vt ĩ precibus ſacerdotis q̃ dño deo ad eius altare funduntur locũ ſuũ habeat etiam cõmendatio mortuorũ: que quidem cõſuetudo ab ipſis apoſtolis inchoata eſt vt dicit Damaſ. in quodam ſermone de ſuffragijs mortuorum. Ad iſtud dubium dicendum eſt breuiter ꝙ opus vnius nullo modo poteſt alteri valere ad ſtatim conſequenduꝫ per viam meriti: vt ſcilicet ex his que vnus facit alius ꝯſequatur vitaꝫ eternam ſeu mereatur: quia ſors glorie redditur ẜm menſuram accipientis. Unuſquiſqꝫ autẽ ex ſuo actu diſponitur ⁊ nõ ex alieno. vnde Apoſto. i. ad Corinth. iij. Unuſq̃ſqꝫ mercedem accipiet ẜm laborem ſuum. Sed per viam orationis facte ⁊ q̃tum ad aliquid cõſequendum ſtatim opus vnius alteri dum eſt in via valere poteſt: et hoc ex mera liberalitate eius q̃ oratur. ¶ Tũc ad rationes ante oppoſitum. Et primo ad primam quando arguitur: que ſeminauerit ⁊c. Dicendum eſt ꝙ illa meſſio eſt perceptio vite eterne: ⁊ ipſa ſors vite eterne nõ datur alicui niſi ꝓ operibus ſuis qꝛ ſi aliquis alteri impetret vt ad vitam ꝑueniat eternam. tñ hoc nõ fit niſi mediantibꝰ operibus ꝓprijs: patet. qꝛ precibus eius gratia alteri datur per quam meretur vitam eternam. vnde nõ eſt cõtra diuinam iuſticiam ſi vnus fructũ percipit de operibus factis ab eo qui eſt vnũ ſecuꝫ in charitate. Hoc etiam ẜm humanã iuſticiã cõtingit vt ſatiſfactio vnius ꝓ alio habeatur: ergo fortiori ratione ẜm diuinam iuſticiã que mĩa tranſcendit humanaꝫ: qꝛ pena purgatorij eſt in ſupplemẽtum ſatiſfactionis que nõ fuerat plene in corpore ꝯpleta ⁊c. Auferre eñ alicui qδ ſibi debetur repugnat iuſticie: ſed dare alicui qδ ſibi nõ debet̃ non eſt iuſticie cõtrarium ſed iuſticie metas excedens ⁊c. ¶ Queritur vtrum ſuffragia ꝑ peccatores facta ꝓſint mortuis. Et videt̃ primo ꝙ non: qꝛ vt dicitur Joh. ix. Peccatores deus nõ audit: ſed ſi ſuffragia ꝑ pctõres facta ꝓdeſſent mortuis ꝓ quibus orãt a deo exaudirentur: ergo videtur ꝙ nõ ꝓſint defunctis malorũ ſuffragia. Item ꝓbatur ꝑ illud Greg. Cum is q̃ diſplicet ad intercedendũ mittitur irati animus ad deteriora prouocatur. ſed quilibet pctõr deo diſplicet: ergo. Itẽ opus alicuius magis videt̃ eſſe fructuoſum ſibi q̃ alteri. ſed pctõr ꝑ opa ſua nihil meret̃ ſibi: ergo nec alteri. Itẽ oẽ opus bonũ debet eſſe charitate informatũ: ſed opa ꝑ pctõres facta non ſunt huiõi: ergo nõ ꝓſunt mortuis. Ad illud dubium dicendũ eſt ẜm beatũ Tho. ꝙ in ſuffragijs q̃ fiunt ꝑ malos duo poſſunt conſiderari. ſ. ipſum opus operatũ ſicut ſacrificium altaris ⁊ qꝛ nr̃a ſacramenta ex ſeipſis efficaciam hñt abſqꝫ ope operãtis equaliť

UVA. BHSC. IyR_242

explent ꝑ quoſcunq̃ fiant: ꝗ̃tum ad hoc ſuffragia ꝑ malos facta defunctis ꝓſunt. Tamen dicit beat⁹ Tho. ſup. xi. di. iiij. ſen. ꝙ miſſa boni ſacerdotis eſt acceptior deo ſicut cibus paratus a miniſtro mundo iocūdius ſumit̃ ꝗ̃ ab imundo. Noteris hic ꝙ q̃dam famoſus doctor ordinis fratrū predicatorū dicit ꝙ opus oꝑatum nō ſolū eſt eccleſie ſacramentū: ſed effectus accidens ex operatione: ſicut ex collectiōe elemoſynarum ſequit̃ pauperū releuatio et eoꝝ oratio ꝑ defunctis ad deuz. Alio mō poſſunt ꝯſiderari ſuffragia ꝗ̃tuz ad op⁹ operās: ⁊ ſic diſtinguenduz eſt. Nam oꝑatio pctōris ſuffragia faciētis poteſt vno mō cōſiderari vt eſt eius: ⁊ ſic nullo mō poteſt eſſe meritoria nec ſibi nec alteri: q: opus in ſtatu mortalis pcti factuz mortuū eſt: ⁊ mortua nunq̃ poſſunt viuificari. Alio mō pōt cōſiderari operatio pctōris ſeu mali: q: in illa materia loquor de pctōribus q̃ ſunt extra charitatē ꝓut eſt alterius: ⁊ tunc diſtinguēdum eſt: q: aut talis peccator extra charitatem ꝓpria auctoritate facit: ⁊ ſic nec ſibi nec defuncto ꝓdeſt: licet opinio fuerit aliquorum ꝙ ſi talis malus faciēs ſuffragia gerat perſonā eccleſie: ſicut ſacerdos mal⁹ dū dicit exeq̃as mortuoruz ⁊c. ꝙ ſuffragia talis ſacerdotis mali ꝓſint defunctis: aut talis pctōr faciens ſuffragia agit vt inſtrumentum alterius ſicut executor teſtamēti alicuius mortui vel heredes q̃bus mortu⁹ dū viueret p̄cepit vt facerēt ꝑ eo: ⁊ in iſto caſu licet ille q̃ agit exequendo ordinationem defuncti nō ſit in ſtatu merendi: tamē actio ei⁹ poteſt eſſe meritoria ratione p̄ncipalis agentis ſcz defuncti q̃ ita ordinauit dū viuerat et cauſa eſt: q: talis defunctus in purgatorio exiſtens eſt in charitate: ⁊ idō opus illud cū ſit ipſius eſt meritoriuz ſibi capiendo meritoriū large ſcz ꝓut ſibi ſcilz defuncto valet ad diminutionem pene et releuamē ad ea. exemplū poteſt capi ī malo ſeruo q̃ facit elemoſynā de precepto dn̄i ſui exiſtentis in charitate. q: illud opus ꝓdeſt dn̄o licz nō ſeruo: q: ꝓpter peccatum mortale ſeruus nō eſt capax tāti beneficij. Et ita dicenduz eſt de oībus exiſtentibus in pctō mortali ꝙ non ſunt capaces talis ꝑfectus ꝓpter ꝓpriam indiſpoſitionem. Noteris hic ꝙ ꝗ̃cito moriens expoſcit aliqua ſuffragia ſibi fieri premium ſuffragij conſequitur ante etiam quam fiant ꝗ̃tum ad efficaciam ſuffragioruz que erat ex opere operante principalis agentis. ſed ꝗ̃tum ad efficaciam ſuffragiorum que eſt ex opere operato vel ex opere operante exequētes nō conſequitur fructuz anteq̃ fiant: et ideo ſi prius contingat ipſum detentuz in purgatorio a pena purgari ꝗ̃tum ad hoc fraudabitur ſuffragij fructu quod redundabit contra illos quorum culpa fuit mortuus defraudatus. Et ideo caueant heredes ⁊ executores qui tenētur ad ſuffragia ꝑ defunctis ne differant adimplere voluntatem ⁊ ordinationem defuncti: quia in tāta pena ſunt in purgatorio ꝗ̃ propter negligentiam illorum qui tenentur ad ſuffragia pro ipſis clamant ad deum vindictam poſtulātes. Et de hoc ſunt plura exempla in lombardia. Item talibus hereditatib⁹ debet tota hereditas auferri qui non adimplent voluntatem teſtatorum: ſm̄ Innocentiū in. c. licet in vltima glo. de voto: ⁊ voti redem. in. c. heredes. de teſt. ⁊. xi. q. i. caꝑ. ſiluester.

¶ Queritur vtrum ſuffragia ꝓſint pueris in lymbo exiſtētibus. Solutio. Dicenduz eſt ꝙ non quia tales deceſſerūt ſine fide ſine qua īpoſſibile eſt placere deo ad' Hebre. xi. Pueri enim non baptizati nō detinentur in lymbo niſi quia deficiunt a ſtatu gratie: ⁊ vnde cū opera viuorum ſtat⁹ mortuoruz mutari nō poſſit maxime quātum ad meritum eſſentialis premij vel pene ſuffragia viuorum pueris in lymbo exiſtentibus prodeſſe non poſſunt: quia ſunt in tali ſtatu ꝗ̃ iuuari nō poſſunt cum poſt hanc vitam non ſit tempus gratiaꝝ acquirendi.

¶ Queritur vtrum ſuffragia q̃ fiunt pro vno defuncto magis proſint ei ꝗ̃ alijs. Solutio. Dicenduz eſt ꝙ valor ſuffragiorum penſari poteſt ex duobus. vno mō ex virtute charitatis que facit omnia bona cōmunia ⁊ ſm̄ hoc magis valent ei qui magis charitate plenus eſt: ꝗ̃uis pro eo principaliter non fiant. Alio modo ſuffragia poſſunt penſari ex hoc ꝙ per intentionem vnius alteri applicantur et ſic ſatiſfactio vnius alteri computatur. ⁊ iſto modo magis proſunt ei pro quo fiunt ſpecialiter immo ſcd̄m communiorem opinionem iſti ſoli valent quo ad ſatiſfactionem ⁊

¶ Queritur vtrum ſuffragia facta pro multis tantum valeant ſingulis ac ſi pro vno quoq̃ ſingulariter fierent. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſi valor ſuffragiorum conſideretur ſecundum ꝗ̃ valent ex virtute charitatis tantum ſingulis valent ac ſi



vide. T. in iſta glo. col. pe. ad finē ibi quo ad meritū eſſentiale grē ⁊ glorie.

UVA. BHSC. IyR_242

pro vno tantūmodo fierent. de cōſecratio.
diſtin. ca. Non mediocriter. Si vero valor
ſuffragiorum cōſideretur inquātum ſunt
quedam ſatiſfactiones per intentionē fa-
cientis tranſlate in mortuos tūc magis va
lent alicui que pro eo ſingulariter fiūt: tñ
licet pro vno fiant ſuffragia proſunt etiā
multis quātum ad cōmunicatiuam chari-
tatem qua vnus diligit bonum alterius.
¶ Queritur vtrum tātum valeāt ſuffragia
cōmunia illis pro quibus ſpecialia nō fi-
unt quātum valent illis pro quibus fiunt
ſpecialia ⁊ cōmunia ſimul. Solutio. Dicē-
dum eſt ꝙ per diuinam miſericordiā ſi ali
quid de ſpecialibus ſuffragijs ſupſit his
pro quibus fiunt diſpēſatur his pro quibꝰ
ſpecialiter non fiunt. ſi eis indigeant ſm
Damaſce. in quodā ſermone de dormitio
ne ſm beatum Tho. ⁊ Landulp. ſupra. xlv.
diſtin. iiij. ſententia. Et ſi aliquis argueret
de miſſa ſcilicet ꝙ eſt infiniti valoris ratio
ne rei ꝯtente ⁊c. Dicēdum eſt ꝙ ꝗuis ſit in-
finiti valoris: tamen determinatus eſt ef-
fectus ad quem illud ſacramentū ordina
tur. vnde nō oportet ꝙ per vnum ſacrifici
um altaris tota pena eorū qui ſunt ī pur-
gatorio expurgetur quoniā plures miſſe
in ſatiſfactione vniꝰ pcti iniūgit. ¶ Que
ritur vtrum indulgentie proſint penitēti-
bus ad ſolutionem pene ad quam penitēs
eſt obligatus pro peccatis. Solutio. Dicen
dum eſt ꝙ ſi omiſſis omnibus obiectioni-
bus. Pro cuius declaratione eſt notādum
ſm opinionē aliquorum ad hoc ꝙ indulgē
tie valeant duo requirūtur ex parte dātis
ſcilicꝫ auctoritas: ⁊ cauſa rationabilis. pro
qua dātur indulgētie. primum ſpectat ad
clauem iuriſditionis. ſecūdum ad clauem
ſcientie. Alia duo requirūtur ex parte ſu-
ſcipiētis ſcilicet idoneitas ⁊ diſpoſitio ſcilꝫ
ꝙ ſuſcipiens ſit in ſtatu gratie. Secundum
eſt deuotio ⁊ fides ⁊ adimpletio eius pro-
pter quod indulgentie dātur: hoc videtur
dicere cōmentum ſeptem ſacramētorum.
Et ſi aliquis obijceret dicēdo ꝙ exiſtentes
ī purgatorio nō poſſunt adimplere ⁊c. Ve-
rum eſt ſimpliciter ⁊ per ſeipſos tamen in-
terpretatiue adimplent: quia per alios et
hoc ſatis poteſt petere. quia indulgentie
ſunt de excellentioribus ſuffragijs ſpiri-
tualibus eccleſie ⁊ meritum vniuerſalis ec
cleſie maius eſt ꝙ meritum ſingularis per
ſone quod ſuffragatur exiſtentibus ī pur-
gatorio vt dictum fuit ſuperius; ergo ta-
les indulgentie indirecte ſe extendunt ad
eos inquātum viuentes faciunt pro eis id
quod cōtinentur in forma indulgētiarum
Nam hi qui ſunt in purgatorio cōueniunt
in impoſſibilitate peccandi cum illis de ec
cleſia triumphante et cōueniunt cum illis
de eccleſia militante in pena. cum vtriſqꝫ
autem cōueniūt in charitate. ita papa ſeu
prelatus medio modo ſe habet ad illos qꝛ
illos de eccleſia triumphante nō poteſt li
gare nec ſoluere illos de eccleſia militāte
poteſt ligare ⁊ ſoluere illos de purgatorio
nō poteſt ligare: ſed ſoluere non directe ꝑ
modum iuriſditionis ſed indirecte ꝑ mo-
dum ſuffragij: ad hoc concordat Hoſtien-
in ſua ſumma de remiſſi. Et ſi aliquis obi
iceret. quia eccleſia aliquando abſoluit
poſt mortem. dicendum eſt ꝙ mortuus ab
ſoluitur id eſt abſolutus anteꝙ morere-
tur per contritionem ſuiſſe monſtratur et
ſic finiuiſſe vitam. extra de ſenten. excom-
municatio. ca. a nobis. xxiiij. q. ij. cap. ſane
profertur. Etiam poteſt ligari poſt mortē
id eſt denunciari fuiſſe ligatum ſententia
excōmunicatio. in facto hereſis ⁊c. in autē.
gazaros. C. de ſenten. paſ. ¶ Queritur
quis ſit ille qui poteſt cōferre tales indul-
gentias. Solutio. Dicēdum eſt ꝙ papa et
epiſcopus: papa eñ canonice creatus ⁊ ele
ctus in ſummū pontificē habet plenitudi-
nem poteſtatis in terra et nō poteſtatē li-
mitatam: ideo poteſt cōferre plenariā in-
dulgentiam a culpa ⁊ a pena qñ ſibi placet
Alij aūt prelati, nō ſic: imo habēt poteſtatē
limitatā. extra de pe. ⁊ re. c. qď autē. ⁊c. cū
ex eo. Ubi dꝛ ꝙ poſſunt dare in anniuerſa
rio ꝗdraginta dies: ⁊ in dedicatione ecclie
vnū annū tantū quotqꝫ fuerint: ⁊ intelliga
tur ſemꝑ ꝙ ſuſcipiētes ſint ī gratia. Tamē
ſuꝑ hoc Landul. quidā nobilis doctor or-
dinis fratrum minorū ſuꝑ. xix. diſti. iiij. tꝫ
ꝙ epūs in dedicatione ecclie nō pōt cōferre
indulgētias niſi ſuis ſubditis quia quod
a nō ſuo iudice factū eſt nullꝰ eſt momē
ti. in ca. at ſi clerici. de iudici. Et vltra dicit
magiſter Nicolaus de ſancto Saturnino
in ſacra pagina eximius ꝓfeſſor cardinal'
ordinis fratrū ꝑdicatorū ꝙ ſummꝰ ponti-
fex ex collata ſibi ptāte qꝛ eandē hꝫ quā ⁊
beatꝰ Petrꝰ quo ad ptātem clauiū. iuxta
illď. ij. ad Cor. ij. Si ꝗd donauit ꝓpter vos
in ꝑſona xp̄i cōdonaui ac ſi xp̄s cōdonaſſet
ſed xp̄s poterat totū cōdonare ita ⁊ petrꝰ
et per cōſequens vicarius chriſti qui non

UVA. BHSC. IyR_242

eſt minoris auctoritatis quo ad hoc ꝙ fuerit beatus Petrus: quia voluntas xp̄i cōmittentis regimen eccleſie petro ⁊ ſucceſſorib⁹ ſuis legitime intrantibus fuit ꝙ petrus ⁊ ſui ſucceſſores legitime intrātes remitterent penā tēporalē ⁊ finitam debitaꝫ pro peccatis in toto vel in parte ſm̄ eoruꝫ voluntatis beneplacitū. adhuc nō attenta cauſe condignitate pro qua tales indulgē‑tie dantur ſm̄ opinionē ſupradictā magr̄i Nam huiuſmodi indulgentia non reſpicit cōdignitatem cauſe pro qua datur ſed reſpicit principaliter infinitaꝫ dei miām: meritum paſſionis chriſti ⁊ ſanctorū gratiam et liberalitatem ſummi pontificis cui cōmiſſa eſt diſpenſatio huius theſauri inexhauſtibilis. Et ſi aliquis obijceret dicens pono caſum ꝙ ſummus pontifex inordinate cōcedat huiuſmodi plenariam indulgē‑tiam alicui idoneo nunquid valebit. Sol. Dico ꝙ ſi ſm̄ beatū Tho. ſup. xx. di. iiij. ſen. di. ꝙ ſi dans indulgentiā inordinate remittat ſic ꝙ homines quaſi pro nihilo liberabuntur peccat ſic faciens ſeu dans ſed nihilominus ſuſcipiens plenariam indulgē‑tiam cōſequitur ſi fuerit capax tanti beneficij ſicut ſi prelatus ſcienter promouerit indignum valeret promotio: ſed prelatus promouens peccaret. ¶ Queritur vtruꝫ voluntas in non habentibus vnde adimplere opus propter quod cōfertur indulgentia ſufficiat ad cōſequendū indulgentiam. Solutio. Dicenduꝫ eſt ꝙ non: quia dans huiuſmodi indulgentiā appoſuit certas cōditiones quas oportet adimplere ſi quis velit conſequi indulgentiā: tamē illa bona voluntas valet ad meritū premij eſſentialis ſcꝫ gratie ⁊ glorie non tm̄ ad relaxationē que fieret ſi illi voluntati cōmunicaret opus. ¶ Queritur vtrum indulgē‑tie valeant prelato eas conferenti. Solu. Dicenduꝫ eſt ꝙ prelatus dans ceteris huiuſmodi indulgentias non poteſt ſibi indulgentias conferre ꝓprie per ſe ⁊ directe tamē ſecundario modo ⁊ indirecte poteſt: quia epiſcopus non ſeipſuꝫ ſoluit a peccatis directe: ſed indirecte: qꝛ dat alteri poteſtatem per quā poteſt ab illo altero abſolui. vnde ad Hebre. xiij. Quemadmodū pōtifex pro populo debet orare ⁊ offerre pro peccatis. ita etiā pro ſemetipſo debet quoniam et ipſe circundatus eſt infirmitate. ¶ Queritur vlterius vtruꝫ indulgentie valeant tantum ꝙtuꝫ ſonant. Solutio. Dicendum eſt ꝙ tales indulgentie tantū valent ꝙtuꝫ ſonant ſi ex parte cōferētis ſit auctoritas ⁊ iuriſditionis poteſtas: ex parte recipientis ſufficiens deuotio ⁊ charitas. id dicitur vere cōfeſſis ⁊ penitentibus: et ex parte cauſe diſcretio ⁊ pietas ⁊c. vt ſuperius viſum fuit. ¶ Queritur vtruꝫ diues et pauper diſpoſiti vt ſemper intelligitur equaliter conſequentur tales indulgentias. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſi in talibus indulgentijs dicatur indiſtincte quicunq; dederit ꝓ cōſtructione talis eccleſie ſiue viſitauerit talem eccleſiā habebit mille annos indulgentiarꝫ ⁊c. In tali caſu ſi diues det denariū vl' obolū ſicut pauper nō dicitur conſequi indulgentiaꝫ: quia nō dat auxiliū conueniens ſm̄ debitā intentioneꝫ conferentis indulgentiā: quia iuxta iſtam formaꝫ diues debet dare plus ꝙ pauper. Si vero forma indulgentie dicat indeterminate quicunq; tantuꝫ dans reportabit totam indulgentiā. ſic non eſt inconueniēs ꝙ dans obolum reportet remiſſioneꝫ omnis pene ſibi debite pro culpis ſibi dimiſſis: quia datur vere confeſſis et penitentibus: cum indulgentia non reſpiſcat principaliter illum obolum vel datum: ſed infinitam dei miſericordiam conferentis liberalitatem qui eſt diſpenſator theſauri inexhauſtibilis ex merito chriſti btē Marie virginis ⁊ omnium ſanctorū ⁊c. ¶ Queritur vnde ſumpſerunt tales indulgentie originē. Solutio. Dicendū eſt ꝙ ex infinita dei miſericordia cui proprium eſt miſereri ſemper ⁊ parcere: ⁊ qui in ira continere non poteſt vt dicit Caſſiodorus. p̄s. lxxvij. Aut obliuiſcetur miſereri deus aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas. Huiuſmodi remedia fuerunt in veteri teſtamento. vt dicit Grego. in morali. Oblationes: ſacrificia: circunciſio: lex: ⁊ legaliū obſeruā‑tia. ⁊ illa omnia valebant ex fide ⁊ deuotione operantiū. In perſona em̄ chriſti habetur Eſaie. lxi. Miſit me vt mederer contritis corde: ⁊ predicarē captiuis indulgentiam ⁊ clauſis apertionē ⁊ predicarē annum placabilem dn̄o ſcilicet annuꝫ iubileū remiſſionis: cuius figura fuit ille iubileus ī quo remittebantur debita. Leuit. xxv. ca. Locutus eſt dn̄s ad Moyſen dicens. Numerabis tibi ſeptem ebdomadas annorū. id eſt ſepteꝫ ſepties que ſimul faciunt annos quadragintanouem et clanges bucina menſe ſeptimo dicima die menſium



UVA. BHSC. IyR_242

ꝓpiciationis tempore in vniuerſa terra ſanctificabiſq; annū quinquageſimū ⁊ vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terre tue: ipſe eī eſt iubile⁹ hic iubileus typicus erat ⁊ figurabat quintum iubileum quo chriſtus venit ad nos ⁊ verum iubileum ipſe ꝑdicauit ac dedit petro ⁊ ſuis ſucceſſoribus cōmiſit predicauit inq̄ ꝑ ſeipm Math. iiij. Cepit ieſus predicare ⁊ dicere. penitentiam agite appropinquabit regnū celorū: in quo verbo ſꝫ docto. efficacia plenarie cōtinentur indulgentie eo ꝙ ſolū vere penitentibus ⁊ cōfeſſis cōceditur. predicauit inq̄ per preconem ſuum Johannem baptiſtaꝫ dicentē. Penitentiā agite appropinquat regnum celorū. Math. iiij. Iſtud etiam cōmiſit beato Petro ⁊ ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus quando dixit ei. Symon iohannis diligis me plus his. Et ſequitur. Paſce oues meas. ad quē paſtum ſpiritualeꝫ requirebantur magne diuitie ſpirituales ⁊ theſauri ⁊c. ſꝫ doctores theologie ⁊ iuriſtas chriſtus cōmiſit totuꝫ theſaurum eccleſie diſpenſandū ⁊ diſtribuendum vere penitentibus ⁊ cōfeſſis petro et in perſona eius ſuis ſucceſſoribus canonice intrantibus iuxta eiuſdem petri ⁊ ſuorum ſucceſſorū arbitriū. Et ſi aliq̄s obijceret dicendo ꝙ nunq̄ reperitur ꝙ beat⁹ Petrus fuerit vſus hac poteſtate. Dicendum eſt ꝙ hac poteſtate vſus fuit in illis: quos corporaliter ſanauit ⁊ etiam non ſequitur ſi non fuerit vſus ꝙ non habuerit. Itē beat⁹ Grego. vndecimus indulgētias ſtatuit Rome in ſtationibus. Iteꝫ Bonifacius octau⁹ indulgentiam plenariā cōceſſit viſitantib⁹ baſilicas apoſtolorum Petri ⁊ Pauli in q̄libet centenario. Item Clemens papa ſextus eam indulgentiā vel ſimilem dedit in quolibet quinquagenario de qua q̄dem indulgentia tantū habebant romani cum modico labore ſicut illi qui veniebāt de vltimis finibus terre lꝫ nō valeret eis equaliter quo ad meritum eſſentiale gratie et glorie ⁊c. ¶ Queritur quid iuris ſi papa concedat indulgentiam plenariam: ſcilicet a culpa ⁊ pena dūtaxat in articulo mortis et ille cui conceſſit talem indulgentiaꝫ fuerit vſus pluries iſta gratia credens ſe eſſe in articulo mortis dum aliquādo infirmaretur. Solutio. Dicendum eſt ꝙ papa Innocentius ſextus predictum dubium determinauit dicens ꝙ tunc valet ſi amplius illa gratia non vſus fuerit. Si vero alˀs nō vſus fuerit illa gratia: in vero mortis articulo ſibi valebit ⁊ ſit in vltima abſolutione illa gratia habebit effectū ſuū ⁊c.

¶ Sequitur de ſacramento euchariſtie.

In cena ſummuꝫ chriſtus ſtatuit ſacramētū
Sub panis ſpecie cuꝫ diſcipulis tribuit ſe.
Ac ſpecie vini dicens hoc ſumite cuncti.
Miſſa celebratur vt mors chriſti recolatur.
Et deus oretur ſpecialius et veneretur
Et confortetur et pane ſacro ſatietur.
Dant ornamenta tibi preſbyter hec documenta.
Signat ſub tunica ꝙ mēs debet eſſe munda.
Deſuper aſtrictus ſpem de ſuperis dat amictus.
Uult candor tunice ſpondas te viuere caſte.
Signat cinctura tibi ꝙ non ſit vaga cura
Per manipulum leue contēnuntur mala vite.
Stola notat ſemper chriſto ſeruire decenter.
Stringens cuncta foris notat infula fedus amoris.
Deſignat lignum crucis ara calix ꝙ ſepulchrum.
Sed panis carnem chriſti vinūq; cruorem.
Sudoreꝫ dat aqua ſudaria linea palla.

UVA. BHSC. IyR_242

Vera liber ſcriptus que protulit
ex cruce chriſtus.
In miſſa forma ſunt verba ieſu be
nedicta.
Panis materia cum vino vitis et
vnda.
Expers fermēti non mixta fit ho/
ſtia chriſti.
Preſbyter hoc ſacrat intētio ſi ta/
men extat.
Sacra videns ora genibus flexis
et adora.
Dicens deuote verſus hic quos
doceo te.
Salue ſaluator mundi rex atqꝫ
creator.
Qui deus es et homo natus de
virginis aluo.
Te deus exoro ſupplex et pronus
adoro.
Vt mihi condones ⁊ celi gaudia
dones.
Nec nō defunctis viuis fidis quo
qꝫ cunctis.
O ſanguis chriſti qui fuſus amo
re fuiſti.
Hūani generis nobis precor au/
xilieris.
Dele pctā da nobis regna beata.
Quiſqꝫ dei ſumens corpus ſit ei
bene credens.
Orans: deuotus: ieiunus ⁊ crimi/
ne lotus.
Sitqꝫ timoratus non vlla claue li
gatus.
Pranſus percipere poteris cogē/
te neceſſe.
Corpore percepto te cuſtodire me
mento.
Ne qcqꝫ ſacro depellas de ſacra/
mento.
Redde deo grates orans tibi det
bonitates.
Ne ſis ingratus caueas quoſcun
qꝫ reatus.

Istud capitulū quartum de ſacramentis eſt de ſacramento euchariſtie qꝺ videtur continere vndecim particulas. In prima particula auctor noſter docet inſtitutionem ſacramenti euchariſtie ac ſpecies eius in generali. In ſecūda parte oſtēdit cur iſtud ſacramentum ſeu ſacrificium celebratur. In tertia docet ſignificationeꝫ ornamentorum cōſecrantis. In quarta docet ſignificationem illorū que adminiſtrātur imediate ſacramento euchariſtie. In quinta docet in ſpeciali quid ſit materia ⁊ forma ſacramenti euchariſtie. In ſexta docet quis ſit miniſter iſtius ſacramenti euchariſtie ⁊ quam intentionem debet habere. In ſeptima docet moduꝫ reuerētie quē debet habere vnuſquiſqꝫ fidelis erga ſacramentum euchariſtie. In octaua docet ī quo ſtatu debet ſumi euchariſtia. In nona reſtringit illam particulā octaue in qua dicitur ieiunus. In decima docet moduꝫ cuſtodiendi corpus dñicum poſt eiꝰ ſumptionem. In vndecima auctor poſt ſumptionē tam precioſiſſimi ſacramēti hortatur vnūquēqꝫ deo gratiarum reddere actiones et imposteruꝫ cauere ne recidiuet. Prima in principio. ſecunda ibi. Miſſa celebratur. tertia ibi. Dant ornamenta. quarta ibi. Deſignat lignum crucis. quinta ibi. In miſſa forma. ſexta ibi. Preſbyter hoc ſacra. ſeptima ibi. Sacra videns ora. octaua ibi. Quiſqꝫ dei ſumens. nona ibi. Pranſus percipere. decima ibi. Corpore percepto. vndecima ibi. Redde deo grates ⁊c. illa eſt diuiſio preſentis littere. ¶ Quantum ad primam particulaꝫ dicit auctor noſter ꝙ chriſtus in cena in die iouis ſancta inſtituit iſtud ſacramentum ſub ſpecie panis ⁊ vini et adminiſtrauit diſcipulis ſuis dicens. Supra ſpeciem panis hoc eſt enim corpus meum: et ſupra ſpeciem vini. hic eſt enim



UVA. BHSC. IyR_242

calix ſanguinis mei noui et veteris teſta-
menti. Mat. xxvi. ⁊ Mar. xiiij. ⁊ .i. ad Cor.
xi. Dñs ieſus ĩ qua nocte tradebaꝛ accepit
panẽ ⁊ grãs agens benedixit fregit et de-
dit diſcipulis ſuis di. Hoc eſt eĩ corpꝰ meũ.
hoc facite in meã cõmemorationẽ. Silr̃ et
calicẽ dicens. Hic eſt eĩ calix ſanguinis ⁊c.
vt ſupra. Et diffiniꝛ ſic. euchariſtia eſt ſpe-
cies panis tritici ⁊ vini ſub ſeipſis verum
xp̃i. corpus ⁊ ſanguinẽ continentis realiter
ſed inuiſibiliter ꝑ. tranſubſtantationẽ pa-
nis corpus ⁊ vini in ſanguinẽ: ex vi verbo-
rum cõſecrationis a ſacerdote ꝓlatorum
cũ intentione miniſtri. Et dicit ab eu qꝺ eſt
bonũ ⁊ caritos qꝺ eſt grã quaſi bona grã:
q꞉ in iſto ſacramẽto cõtineꝛ gratie plenitu
do ſcꝫ dei filius. ¶ Queritur quare xp̃s
inſtituit in principio ſue predicationis ſa-
cramentũ baptiſmi ⁊ iſtud ſacramentũ in
fine. So. Q꞉ in baptiſmo eſt inchoatio ⁊ in
hoc ſacramẽto cõſummatio. iõ baptiſmuꝫ
inſtituit in pͥcipio ſue p̃dicationis ⁊ iſtud
in fine in receſſu a diſcipulis ſuis per hoc
eis oſtendens magnũ ſignũ amoris: ⁊ etiã
in ſignũ rememorationis. Nã illa q̃ vltimo
proponunꝛ magne memorie cõmendaꝛ: iõ
dicit ſaluator noſter. Luce. xxij. Deſiderio
deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcũ
anteq̃ꝫ patiar. Et ſi queraꝛ vtrũ hoc ſacra-
mentũ debuerit inſtitui a pͥcipio cõditio
nis hoĩs. Reſpõdetur ꝙ nõ: primo rõne cõ
tenti. q꞉ hoc ſacramentũ. cõtinet corpꝰ xp̃i
verũ ꝙ ante inſtitutionẽ ſacramẽti oporte
bat de virgine eſſe natuꝫ. Secũdo ratione
effectus: q꞉ hoc ſacramentũ eſt charitatis
vinculuꝫ quod tp̃e gratie maxime debuit
abundare. Huius eñi ſacrameti figura p̃-
ceſſit qñ pluit manna in deſerto populis
iſrael q̃ quotidiano celi paſcebãtur alimẽ-
to. Exo. xvi. ⁊ ꝑ magi. ſen. xij. di. iiij. in mel-
chiſedech. q̃ obtulit panẽ ⁊ vinũ. Geñ. xiiij.
in agno paſchali de quo habeꝛ ĩ Leui. Sa-
crificiũ abel ſacrificium xp̃i in altari vel in
cruce oblati expreſſe figurabat q꞉ ꝑ primo
genitũ. Greg. Xp̃s exprimiꝛ q̃ ꝑ inuidiã in-
terfectꝰ eſt a iudeis. Itẽ ſacrificiũ abrahe
intelligẽdo de ſacrificio qꝺ abrahaꝫ voluit
facere de filio ſuo Iſaac. Geñ. xxij. vñ Inñ.
Quid ꝑ ſacrificiũ abrahe dilectũ ⁊ vnicum
filium offerentis niſi paſſio dñi deſignaꝛ.
de quo Apl̃s. ꝓprio filio nõ pepcit. ſed pro
nobis oĩbus tradidit illũ. ſm̃ magi. ſentẽ.
viij. di. iiij. c. i. Quattuor ſunt figure ſpecia
les huiꝰ ſacramẽti. vna eſt q̃ ſpectat ad legẽ
nature ſcꝫ melchiſedech. due ſpectãt ad le-
gem ſcripture ſcꝫ agnus paſchalis ⁊ mãna
vna ſpectat ad tp̃s gratie. ſ. ſanguis fuſus
ex latere xp̃i. In hoc eĩ ſacramẽto ẽ forma
viſibilis q̃ eſt figura in ſacrificio melchiſe
dech. Res cõtenta ſcꝫ verũ corpus xp̃i qꝺ
figuraꝛ in agno paſchali. Res ſignificata
ſcꝫ corpus xp̃i myſticũ qꝺ figuratuꝫ eſt in
mãna: ⁊ virtꝰ dans efficaciã huic ſacramẽ-
to q̃ ſignificata eſt in ſanguine xp̃i q̃ habꝫ
rationẽ figure: q꞉ exiuit de xp̃i mortui la-
tere. ¶ Queriꝛ quare nõ fit hic mentio
de oblatione abraham: dũ abrahã rediret
de victoria cõtra reges q̃ ducebant Loth
et Noe. Solu. Q꞉ fuit reuelatuꝫ ſm̃ Hug.
ꝙ primogenitus dei filius humanũ lapſũ
raperet. Noe xp̃o vel tp̃e ſuo fuit reuelatũ
ꝙ deus humanũ lapſuꝫ repararet in aliq̃
creatura: ſed ignorabat vtrũ eſſet angeli-
ca vel humana. Tp̃e xp̃o abrahe fuit reuela
tum ꝙ redimeret mundũ in ſpecie hũana.
Geñ. xxvi. In ſemine tuo benedicenꝛ oĩs
gentes: iõ dedit dragmã decimã: q꞉ hõ per
dragmã decimã intelligiꝛ. Lu. xv. Aaron et
Noe in pecoribꝰ offerebãt: iõ iſtis tribus
Abel quo ad perſonã vnigeniti: melchiſe-
dech quo ad ſpeciem panis ⁊ vini. Abrahe
quo ad naturã hoĩs aſſumendã fuit xp̃itas
reuelata: iõ de ipſis fit mentio. ¶ Que-
ritur quare illud ſacramẽtũ debuit habe-
re figuras. Solu. Primo rõne difficultatis:
q꞉ difficile eſt ad credendũ ⁊ ad cogitandũ
Scꝺo rõne dignitatis vt eius dignitas fi-
guris cõgruentibꝰ monſtrareꝛ. Sed videꝛ
ꝙ iſtius ſacramẽti nõ debeat eſſe duplex
materia: q꞉ totũ illud qꝺ eſt res ⁊ ſacramẽ
tum ꝯtineꝛ ſub ſpẽ panis ſcꝫ totꝰ xp̃s: ergo
panis eſt tota materia iſtius ſacramenti.
Itẽ illud ſacramentuꝫ ſub vna ſpecie ꝓplo
miniſtraꝛ. ſ. ſub ſpecie panis: ergo tm̃ de-
bet eẽ vna materia. ¶ In oppoſitũ arguiꝛ
hic: iſtud ſacramẽtũ euchariſtie a xp̃o ini-
tiũ ſumpſit: ſed xp̃s in cena ſuis diſcipulis
illud ſacramẽtũ miniſtrauit ſub ſpẽ panis
et vini: ergo. Itẽ mãducatio q̃ eſt vſus ſacra-
menti req̃rit cibũ ⁊ potũ: ergo huiꝰ ſacra-
menti duplex debet eſſe materia. Solu. Di
cendũ eſt ꝙ vſus huiꝰ ſacramẽti eſt mãdu
catio q̃ ad ſui integritatẽ ⁊ cibũ ⁊ potũ exi-
git: ⁊ ideo huius ſacramẽti debet eſſe du-
plex materia. vna que in cibo ſumatur: et
alia que ſumaꝛ in potu vtraq̃ꝫ ſpecierũ ſcꝫ
panis ⁊ vini eſt de integritate ſacramenti
euchariſtie: licet totus xp̃us ſit ſub vtraq̃ꝫ

UVA. BHSC. IyR_242

ſpecie quo ad efficaciã:vtraqꝫ tñ harũ ſpẽ
rum eſt de integritate huius ſacramenti
ꝓpter ſignificatõe:ſignificatˀ ei h xp̃s cibꝰ
ꝑfecte reficiens. Perfecta aũt refectio nõ
eſt in pane tm̃:nec in vino tm̃:ſed invtroqꝫ
ſimul. Tamen ꝓpter periculum effuſionis
ſanguinis populo miniſtratur ſub ſpecie
panis tm̃ ſub qua ſpecie eſt totus xp̃s. Itẽ
eſt alia cauſa qꝛ ſi miniſtrareˀ populo ſub
vtraqꝫ ſpecie: ſimplices non crederẽt totũ
xp̃m in altera ſpecie recipere ſm Bona. ⁊c.
Significatio enĩ huiꝰ ſacr̃i eſt duplex vna
ſm ꝙ rep̃ſentat p̃teritũ. ⁊ ſic in hoc ſacr̃o
rep̃ntatur ſeu ſignificatˀ paſſio xp̃i in qua
ſeparatus fuit ſanguis ab eius corpore: ⁊
ideo ſeparatim in hoc ſacramento offerri
dꝫ ſignũ corpis ⁊ ſignum ſanguinis dupli-
ci materia exiſtẽte. Alia ſignificatio huius
ſacramenti eſt de effectu inducẽdo per ſa-
cramẽtum:quia ſacramenta efficiũt quod
figurant. Et ſic cũ hoc ſacramẽtũ ad ſalu-
teꝫ corporis ⁊ anime ſumatur optꝫ ꝙ ſub
ſpecie panis ad ſignificandũ ſalutẽ corpis
⁊ ſub ſpecie vini ad ſignificandũ ſalutẽ aĩe
hoc ſacramẽtũ ꝑficiatur ⁊ ſumaˀ ſm doc.
ſupra.xi.diſt.iiij.ſen.de cõſe.diſt.ij.in ſum.
⁊ extra de cele.miſ.c.cũ marthe. Etiã vt dĩ
datur filium dei totam naturam humanã
aſſumpſiſſe vt totam redimeret.ſ. corpus
⁊ aĩam:panis enĩ ad corpus ⁊ vinũ ad aĩaꝫ
refertur per magr̃m.xi.diſt.iiij. ¶ Tunc ad
rõnes ante oppoſitũ.⁊ p̃mo. Ad primã qñ
dꝛ totũ illud qđ eſt res ⁊ ſacr̃m continetur
ſub ſpecie panis.ſ.totus xp̃s. Dico ꝙ ꝗuis
totus xp̃us ſit ſub ſpecie panis ſmˀ rei ve-
ritatẽ:nõ tamen eſt ibi ex vi ſacramẽti niſi
corpus eius ſꝫ quod venit in vſum fideliũ
Ad ſcđam rõnem añ oppoſitũ qñ arguiˀ
Illud ſacramẽtũ tñ ſub vna ſpecie ppl̃o mi
niſtratur ⁊c. Dicendũ eſt ꝙ populo nõ daˀ
ſanguis ꝓpter periculũ effuſionis. qꝛ faci
lius vna gutta ſanguis labereˀ ꝙ̃ aliqua
ꝑticula corporis.etiam ſm Boñ. qꝛ ſimpli-
ces nõ crederent in altera ſpecie totũ xp̃m
recipere. Miniſtri vero altaris datur ſeu
competit perceptio ſanguinis: qꝛ in ipſis
preſumiˀ maior aſtutia ſeu diſcretio. Sed
videtur ꝙ panis ⁊ vinũ nõ debeant eẽ ma-
teria huiꝰ ſacramẽti: qꝛ ſacr̃a legis moſay
ce ꝓpinquiora fuerũt ſacramẽtis noue le-
gis ꝙ̃ ſacramenta legis nature: ſed in lege
moſayca ſm modũ ſacramenti comedebãt
carnes animalium:vt habetur in Leuit. in
pluribus paſſibꝰ. ergo caro dꝫ eſſe magis
materia huius ſecramẽti ꝙ̃ panis ⁊ vinũ
q̃ ſumebãtur in lege nature ꝑ modũ ſacra
menti:vt habetur in Geneſi. Itẽ exp̃ſſius
ſignificaret caro aĩalis carnẽ xp̃i ꝙ̃ panis
qꝛ maiorẽ hꝫ cõuenientiã ad ipam:ꝫ caro
dꝫ eſſe magis materia huiꝰ ſacr̃i ꝙ̃ panis
⁊ vinũ. Itẽ illđ ſacramẽtũ dꝛ medicina ĩfir
mis:ſꝫ infirmis inhibeˀ vinũ:ergo vinum
nõ dꝫ eſſe materia huiꝰ ſacramẽti. Solu.
Dicendũ eſt ꝙ cauſa quare panis ⁊ vinuꝫ
ſunt materia huius ſacramẽti inter alios
cibos ⁊ potꝰ eſt inſtitutio diuina:vt tenent
doc.ſuꝑ.iiij.ſen.in.xi.di. Cã aũt inſtitutio
nis poteſt eſſe multiplex. Vna qꝛ iſta duo
ſcꝫ panis ⁊ vinũ cõueniẽtius in cibo ⁊ po-
tu veniunt:quare hoc conuenientius in ci
bũ ⁊ potũ ſpũalem inducũtur. Alia cauſa
vt habeˀ in gl.i.ad Cor.xi. Panis pre cete
ris cibis ſuſtẽtat corpꝰ:⁊ vinũ p̃ ceteris po
culis cor letificat. Similiter hoc ſacramẽ-
tum magis ſuſtentat ⁊ letificat charitate
inebriatos ꝙ̃ alia ſacramẽta. Tertia cauſa
eſt ex ritu celebratiõis:quia panis ⁊ vinũ
mundius tractantur ꝙ̃ alia que in cibo et
potu veniũt. Quarta cauſa ex repreſentati
one duplici rei huiꝰ ſacr̃i:qꝛ iſtiꝰ ſacr̃i du-
plex eſt res:ſcꝫ.corpꝰ xp̃i verũ ⁊ corpꝰ myſti
cum. Et qꝛ ſigna ſunt inſtituta ꝓpter rei ſi
gnificate exp̃ſſionẽ.talia debebãt inſtitui
q̃ vtrãqꝫ rẽ exprimerent: ⁊ quia corpus xp̃i
myſticum eſt ex multis aggregatis in vnũ
talia elemẽta debuerunt eſſe que ex mul-
tis ſunt vnum.tale autem eſt panis qꝛ ex
multis granis.tale etiam eſt vinũ:quia ex
multis vuis ſeu racemis idcirco recte vnio
nem corporis myſtici ſignificãt qđ quideꝫ
corpus myſticũ eſt eccleſia que eſt ex mul
tis fidelibus in vnum corpus coniunctis
glutino charitatis. vnde ap̃lus in p̃ma ad
Cor. Vnus panis vnũ corpus multi ſumꝰ
omnes qui de vno pane ⁊ vno calice parti
cipamus. Quinta cauſa eſt ex rep̃ntatiõe
eius qđ preceſſit:qm̃ grana in area cõcul-
cantur panis in fornace decoq̃tur ⁊ vinuꝫ
in torculari cõprimiˀ:que omĩa cõpetunt
ad repreſentandã paſſionẽ xp̃i. Tũc ad ra-
tiones. Et primo ad primaꝫ quãdo arguiˀ
ꝙ ſacramẽta legis moſayce erãt ꝓpinquio
ra ⁊c. Dicendum eſt ꝙ iſtud ſacramentum
non debuit in ſpecie alicuius ſacramenti
legis moſayce inſtitui. cauſa eſt vt oſtẽde-
retur ceſſatio legaliũ. Ad ſcđam dicenduꝫ
eſt ſm btm̃ Thomã. ꝙ caro de ratione ſui
non dicit aliquid ordinatũ in cibis: ſed di-

UVA. BHSC. IyR_242

cit quandã rem nature. Et ideo nõ ita com
peteter caro aĩalis ſignificat carnẽ xp̄i: vt
eſt cibus fidelium ſm qđ continet in ſacra
mento ſicut panis: quia de hoc pfectus eſt
vt ſit cibus. ¶ Ad tertiã quando arguitur
illud ſacramentũ dr medicina ⁊c. Dicẽdum
eſt ꝙ vinũ nõ datur infirmis morbo febri/
li: ita iſtud ſacramentũ nõ debet dari his
qui notorie ſunt in febre pctĩ mortalis: tñ
datur fidelibus hoc eſt ad confortationeʒ
flebiliũ qꝛ pctõ liberati ſunt. ſicut eñ vinũ
nõ ſanat actu infirmantes ſed iam cõuale
ſcẽtes: ſic euchariſtia nõ ſanat iacentes in
pctõ mortali: ſed reſpuẽtes. ſm btñ Aug.
btñ Tho. ⁊ oẽs doctores theologie. Ex p̄/
miſſis videretur ꝙ hoc ſacramentũ nõ eẽt
vnum. Solu. Dicendum eſt ꝙ vnum eſt ad
illum ſenſum ꝙ in illo ſacramẽto ſunt plu
ra materialiter q̄ ordinãtur ad vnũ ſacra
mentum plenũ ⁊ pfectum formaliter. nec
obſtat ſi dicatur ꝙ hic ſunt plura ſignat
qꝛ ſunt ordinata ex inſtitutione ad ſignifi/
candum vnũ ſacramentũ ⁊c. q̄tum eniʒ ad
efficaciaʒ totus xp̄s eſt ſub vna ſpecie ⁊ to
tus ſub altera: ſed q̄tum ad ſignificantiaʒ
vtraq̄ ſpecies requirit. ideo xp̄s ſub vtra/
q̄ ſpecie hoc ſacr̄m inſtituit. ¶ Querit
vtrum xp̄us manducauerit ſeip̄m in cena
in die iouis ſctã qñ adminiſtrauit ſe ſuis
diſcipulis. Et videtur primo ꝙ nõ: quia de
hoc nulla fit mentio in euãgelio. ¶ Scđo
ſic. omne qđ manducatur in cibũ aſſumit:
ſed aſſumẽs nõ eſt aſſumptũ: ergo xp̄s cor
pus ſuum manducare non potuit. ¶ Ter
tio ſic. illud ſacramẽtũ ordinatur ad ſpũa
lem refectionem: ſed xp̄us non indigebat
ſpirituali refectione: igitur ſeip̄m non aſ/
ſumpſit. ¶ Quarto ſic. xp̄o non competit
manducare hoc ſacramentaliter cum eſſet
verus cõprehẽſor ⁊ ſine velamine figuraꝝ
ad rẽ ſacramenti ptingeret. Nec ſpũaliter
qꝛ in ip̄o gr̄a nõ augebat: ergo ⁊c. ¶ In op
poſitũ arguit auctoritate illi⁹ qđ habet de
conſe. diſt. ij. c. Nec moyſes dedit vobis pa
nem verum: ſed dñs ieſus ip̄e cõuiuia ⁊ cõ
uiuium ip̄e comedens ⁊ qui comedit: ergo
ip̄e xp̄s corpus ſuum in cena mãducauit: ⁊
glo. ſup illum textũ talis eſt. prius eñ dñs
poſtq̄ benedixit comedit. deinde dedit di/
ſcipulis eſturis nec mirũ ſi in ſacramẽto ſe
comedit qui ſeipſum manibus ferebat. Ex
hoc manifeſte innuitur ip̄m dñm in die ce
ne ſumpſiſſe corpus ſuum: licet quidã non
admittãt. quibus obuiat Iſid. ſuper Leui.
in glo. illius littere. ſi p gratiarũ actõe. Le
uit. vij. cap̄. vbi dicit ꝙ dñs noſter ſeipſum
aſſumpſerit. p hoc ꝙ dicit. aſſumpſitq̄ de/
dit diſcipulis ſuis. Unde v̄ſus. Rex ſedet
in cena turba cinctus duodena. ſe tenet in
manibus: ſe cibat ipſe cib⁹. Comedit ergo
xp̄us ſeip̄m: ſed nõ quo ad effectum vel ne
ceſſitatem: quia non indigebat: ſed hec fe/
cit xp̄us vt daret alijs exemplũ. diſt. viij. c.
per quam ⁊c. ⁊ per doc. ſuper. xi. iiij. ſenten.
¶ Tunc ad rõnes ante oppoſitũ. Et primo
ad primã quãdo arguitur ꝙ de hoc nulla
fit mentio in euangelio. Dicendũ eſt ꝙ in
acceptiõe panis vtrũq̄ poteſt intelligi: ſcʒ
acceptio ⁊ manducatio: etiam multa fecit
xp̄us que non ſunt ſcripta in libro euange
lioꝝ. ¶ Ad ſcđam quando arguitur omne
quod manducatur ⁊c. Dicendum eſt ꝙ xp̄s
ſub ſpecie pp̄a quodãmodo diſtat a ſeip̄o
ſub ſpecie ſacramenti: qm̄ nunc in ſpẽ pp̄a
eſt in celo ſub ſpecie ſacramenti eſt in alta
ri. ⁊ ſm hunc modum nõ eſt incõueniẽs ꝙ
ſeipſum aſſumat. ¶ Ad tertiam quãdo ar/
guitur. illud ſacramentum ordinatur ad
ſpũalem refectionem ⁊c. Dicendum eſt ꝙ
manducatio illa non efficiebat in ſeip̄o ali
quid ſpũale: ſed ſignificabat. ¶ Ad quartã
quando arguitur ꝙ xp̄o non cõpetebat mã
ducare hoc ſacramẽtum ſacramentaliter
nec ſpũaliter ⁊c. Dicendũ eſt ſm btñ Tho/
mam ꝙ non manducauit corpus ſuum: vt
inde aliquem effectum conſequeretur: ſed
vt alijs ex mãducatione exemplum daret.
Bona. v̄o dicit ꝙ ſicut xp̄s baptiſmũ ſuſce/
pit ſacramentaliter tñ ⁊ non rem: ſic ⁊ hoc
ſacramentum: ⁊ hoc fecit in exemplum. Et
vlterius idem doctor dicit ꝙ duplici de cã
nõ poteſt quis percipe efficaciaʒ ſacramẽ/
ti. vna cauſa non pp̄ter gratie plenitudinẽ
ſicut in ſolo xp̄o fuit. Alia cauſa pp̄ter in/
dignitatẽ: ſicut in pctõribus qui licet perci
piant corpus xp̄i: verũtamen fructum non
recipiunt: quia indigni ſunt. ¶ Queritur
vtrum ſaluator noſter in cena dederit cor/
pus ſuũ iude. Solu. Dicẽdũ eſt ſic. xxſij. q.
ideo tu bon⁹ magi. ſen. xi. diſt. iiij. ⁊ ſm oẽs
doctores theo. ⁊ canoniſtas. Nec eſt cre/
dendum ꝙ quando dedit bucellam panis
intinctã iude ꝙ tunc ei corpus ſuũ dederit
qm̄ illã bucellam dedit ei poſt in ſignũ vt
manifeſtaret iohãnis pditorem. Joh. xiij.
⁊c. Per prius eñ corpus ſuum dederat iu/
de quando dedit alijs diſcipulis. Et ſi que
ret quare ſaluator noſter dedit iude cor/

UVA. BHSC. IyR_242

pus ſuū cum ſciebat ei ferre iudicium: qꝛ dignus erat. Solu. Una ratio fuit ne alijs diſcipulis ipm iudam ſuſpectuꝫ redderet: ⁊ ex hoc iudas tradendi eum occaſionem ſumeret. Alia ratio vt doceret ſacerdotes nō debere reuelare ea que in confeſſione eis dicuntur. Sumūt em̄ boni ſumūt mali ſorte tamen nō equali. ¶ Queritur quo modo intelligitur illud quarti ſententiaꝝ ꝙ ieſus corpus ſuū dedit iude ad perniciē. Solu. Dicendum eſt ꝙ ly ad non teneť ibi cauſatiue: quia corpus xpi nunꝙ eſt cauſa dānatiōis alicuius: ſed tenetur ibidem ad conſecutiue. ſ. q: iudas indigne aſſumpſit corpus xpi conſecuta eſt ei iude dānatio.

¶ Queritur quale corp⁹ adminiſtrauit xpus diſcipulis ſuis pridie ꝙ pateretur. Solutio. Dicēdum eſt ꝙ corpus paſſibile quod tūc habebat adminiſtrauit. ꝫ Aug. dixerit ꝙ tunc aſſumpſit dotem impaſſibilitatis. i. q. vij. c. daybertum: de iur. pa. c. qđ autem. ¶ Queritur vtrum corpus ſub pixide poſitum in die cene in craſtino moreretur in cruce. Solu. ſm quod habeť in xi. diſt. iiij. ſen. Dicēdum eſt ꝙ ſic quia oēs paſſiones intrinſece cōpetunt corpori xpi ſub ſacramento que ei competunt ſub ſpē ꝓpria: ſicut mori: dolorem pati ⁊ ſimilia. Paſſiones autem extrinſece ſicut verberatio: lanceatio ⁊ ſimilia. nō competūt ei ſub ſacramēto: quare non poteſt dici ꝙ ſub ſacramento verbereť crucifigatur. Et ratio diuerſitatis eſt: qꝛ paſſiones extrinſece ꝑtinent ab ſubſtantiam corporis mediantib⁹ dimenſionibus ꝓprijs. Chriſtus autē ſub ſacramēto exiſtens nō cōparatur ad exteriora mediantibus dimenſionibus ꝓprijs ſed mediantibus dimēſionibus panis. Bona. ſub alijs verbis dicit ꝙ ſub ſacramēto a nullo poterat ſibi inferri paſſio. q̄re concluditur ꝙ xpus corpus paſſibile adminiſtrauit in cena ſuis diſcipulis. Et breuiter dicendum eſt ꝙ ſi paſſio determinet actuꝫ agentis. xps non patiebatur ſub ſacramēto: nec corpus eius reſeruatum in pixide: Si autem paſſio dicat' affectionē ſeu dolorem illatum ſentiebat in pixide quicquid circa ipm fiebat in cruce. Unde v̄ſus. Pixide ſuato poteris copulare dolorem. Illatum ſed non illatus cōuenit illi. ¶ Queritur quare papa in altari frangit ſpecies corporis poſtea ad ſedē ſuā vadit ⁊ ibideꝫ ſumit. Solutio quia papa eſt vicarius xpi xps aūt in emaus panem fregit: ſed ibidē non comedit: ſꝫ in hierl'm. ⁊ in hui⁹ figura papa in altari frāgit: ⁊ in ſede comedit ⁊c.

¶ Quantum ad ſcđam ꝑticulam in qua auctor noſter oſtendit cur illud ſacrificiū ſeu ſacramentū celebrať: ibi. miſſa celebrať ⁊c. Eſt notandū ꝙ illud ſacrificiū celebrať ob memoriā dn̄ice paſſionis. iuxta illud. i. ad Cor. xi. Hoc facite in meā cōmemorationē. Itē illud ſacrificiū celebrať vt interius viuificemur: qm̄ ꝑ virtutem huius ſacramēti aliqñ fit de attrito contritus. Per grām em̄ illuminamur: purgamur: ꝑficimur: reficimur. Et hec grā cōferť in hoc ſacramēto. Deus em̄ non tantū inſtituit ſacr'm qđ nos i eſſe regeneraret vt baptiſmū: vel qđ genitos roboraret: vt cōfirmationē. verū etiā vt roboratos enutriret vt euchariſtiā. Item illud ſacrificiū ſeu ſacramentū offertur in augmētationē deuotiōis. vñ ps. Impinguaſti in oleo caput meū ⁊ calix meus inebriās ꝙ preclarus eſt. Nutrimētū eniꝫ qđ hic dať nobis xp̄us ad eſſe gratuitū in tribus attendiť. ſ. in cōſeruatiōe deuotōis ⁊ dilectionis ad deū: dilectionis ad ꝓximū ⁊ dilectionis intra noſmetipſos. Item illđ ſacrificiū offerť ad mitigatiōeꝫ fomitis qꝛ ſicut aq̄ refrigerat. ita illud ſacr'm refrigerat a feruore cōcupiſcētie. Itē h' ſacr'm auffeť in augmētū v̄tutū ⁊ in remediū pctōꝝ venialiū nō aūt mortaliū qꝛ ſic nutrimētū nāle ꝓdeſt viuenti ⁊ non mortuo ſic alimētū ſpūale cuiuſmodi eſt illud ſacramentū. Itē illud ſacr'm armat hoiem ꝯ dyabolum. Unde ps. Paraſti ꝯſpectu meo mēſam aduerſus eos qui tribulant me. Unde Bern. Diſce xpiane ꝙtum debes diligere xpm q̄ dedit nobis carnē ſuam in cibum: ſanguinem ſuum in potū: aiam in preciū: aquā lateris in lauacrum. ſm enim beatum Auguſtinū in libro de ciui. dei. die qua quis audit miſſam deuote ꝓ illo die neceſſaria conceduntur ei. leuia colloquia dimittuntur. iuramenta ignoranter facta condonātur. ꝙdiu audit miſſam non ſeneſcit: lumē oculorum ipſo die non perdit ſeu amittit mortem ſubitaneā: non incurrit illo die ſi obierit ꝓ cōicato habebitur: ab angelo eundo ad eccleſiam ⁊ redeundo paſſus ei⁹ numerantur vt in die iudicij remunerentur: ſm em̄ eundē Aug. miſſa dr̄ qꝛ celeſtis miſſus mittiť: ille celeſtis miſſus ſm Innocen. Eſt angelus magni conſilij qui mittitur ad conſecrandum. vnde ille eſt ſacerdos inuiſibilis q̄ principalr ꝯſecrat hoc ſa

UVA. BHSC. IyR_242

cramentū vbicūqꝫ conficiatur. Officium
aūt miſſe: vt habet̄ de con. diſt. i. Eciderſit
beatus Jaco. frater dn̄i ſm̄ carnem ⁊ Baſi
lius epiſcopus ceſarienſ. Sacr̄m autem
euchariſtie xp̄us inſtituit vt p̄miſſum ē.
Miſſa em̄ non debet dici ſine lumine: licꝫ
poſſit dici. cuius ratio eſt multiplex: vna a
parte xp̄i q̄ dixit ego ſuꝫ lux mūdi Joh. viij.
Alia ratio a parte officij: qꝛ officium miſſe
⁊ ad illuminandū. Eſaie. lx. Surge illumi
nare hieruſalē: qꝛ venit lumē tuū. Alia ratio
eſt a parte preſbyteri ſeu miniſtri qui de-
bet eſſe illuminatus Math. v. Sic luceat
lux veſtra coram hoibus ⁊c. Miſſa em̄ dr̄
tribus linguis: ebraica: greca: ⁊ latina. Nā
alleluya ſabaoth: oſāna: amē ſunt de ebrai
ca lingua. Kyri eleyſon: xp̄e eleyſon ⁊c. ſu-
mūtur de greca. Cetera vero ſunt latina. ⁊
hoc ſm̄ rōnale diuinoꝝ officioꝝ: quia titu-
lus xp̄i in cruce pendētis fuit ſcriptus iſtis
tribus: vt habet̄ p euāgeliſtas. Itē miſſa
ſm̄ rationale diuidit̄ in quattuoꝛ partes
ſcꝫ in obſecrationes: orationes: poſtulatio
nes ⁊ grāꝝ actiones. vn̄. i. ad Thi. ij. Obſe-
cro em̄ primo oīm fieri obſecrationes: orō
nes: poſtulationes: ⁊ grāꝝ actiones p oī-
bus hoibus. Prima pars pertinet ad po-
puli inſtructionem. Scd̄a ad materie con-
ſecrationem. Tertia ad materie cōſecrate
ſumptionem. Quarta ad gratiarꝝ actiōes
Prima pars a principio miſſe vſqꝫ ad offer
torium. Scd̄a pars ab offertorio vſqꝫ ad
finē dn̄ice orōnis. Tertia pars a dn̄ica orō
ne vſqꝫ ad cōmunionē. Quarta pars a cō
nione vſqꝫ ad finem miſſe. Prima pars cō-
tinet plures. Primo em̄ dr̄ introitus ab in
troeo introis: quia tunc ſacerdos ad alta-
re accedat ſignificat introitus vaticinia p
phetaꝝ ⁊ deſideria ſanctoꝝ patrum deſide
rantium filium dei incarnari. ſm̄ cōpendiū
theo. introitus ſignificat inchoationē bo-
ni. Et licet antiquitus diceret̄ loco introitꝰ
pſalmus. tn̄ Hieronȳ. de mandato damaſij
pape ordinauit diuerſos introitus ſm̄ di-
uerſitatem feſtoꝝ ⁊ dierum. Et de illo pſal
mo qui antiquitus loco introitus cātabat̄
accepit vnum verſum ⁊ dicitur introitꝰ bis
in cōibus feſtis ad deſignandum ꝙ in xp̄o
ſunt due nature. ſ. diuina ⁊ humana: vt ſm̄
compen. theo. introitus dr̄ bis ad denotā-
dum ꝙ in noſtra inchoatione debemus de
clinare a malo ⁊ facere bonū iuxta illd̄ pſ.
Declina a malo ⁊ fac bonum. In ſolēnitati-
bus dicitur ter ad deſignādum trinitatem
pſonarum vel ad deſignādū tria tp̄a. ſ. an-
te legem: ſub lege: ⁊ tēpus grē. Verſiculus
interponit̄ ad denotādū maiorē mentis at
tentionē. Aliqn̄ tn̄ verſiculus exprimit ſcṫos
in quoꝝ honore celebratur miſſa. hoc ē ad
eorum cōmendationem: vt ibi virgo dei ge-
nitrix. exultate iuſti ⁊c. Et ſubdit̄ gloria pr̄i
ad denotandum ꝙ a tota trinitate xp̄i ad-
uentus poſtulat̄ vel in qualibet miſſa, tri-
nitatem honoremus. In miſſa vero p defun
ctis gloria patri non dr̄: quia incerti ſumꝰ
de eoꝝ liberatione. Alia rō vt inuamꝰ ipos
eſſe in dura pena cōiecturatiue. Tn̄ intētio
orātis p mortuis eſt ꝙ patiſitur in purga
torio. Poſt introitū ſequitur kyri eleyſon
⁊ dr̄ ꝓpter laudē trinitatis ⁊ nonies ꝓpter
nouē ordines angeloꝝ. Unde kyri idem eſt
ꝙ xp̄s. el idē eſt ꝙ deꝰ. eis idē eſt ꝙ miſere
on idē eſt ꝙ nob. ideo kyri eleyſon idē eſt
ꝙ xp̄e deus miſere nobis. ſm̄ rōnale. ſm̄
aūt cōpē. theo. kyri eleyſon nonies dr̄ ad
deſignādum inuocationē mīe dei qua no-
uem modis indigemꝰ. tribus modis q̄tuꝫ
ad pctōrum remiſſionē q̄ ꝑpetramus ore
corde ⁊ ope. tribꝰ modis q̄tum ad gratie
collationē. i. fidei ſpei ⁊ charitatꝭ. tribꝰ mo
dis q̄tum ad glorificationē qua gaudebi-
mus ſupra nos in deo. intra nos de nobis.
⁊ iuxta nos in p̄ximo. ſm̄ aūt compē. ſeptē
ſacramentoꝝ kyri eleyſon dr̄ ꝓpter cōme-
morationē preſentis miſerie dum mīa po-
ſtulat̄ ⁊ ſubdit̄ ter ꝫ. triplicem miſeriam
ſcꝫ ignorātie pene ⁊ culpe. ¶ Queritur
quare nō dicitur ſemper kyri eleyſon ſine
mutando kyri eleyſon in xp̄e eleyſon. So-
lu. Primi tres pertinēt ad patris potētiā
deſignandum. vltimi tres ad dei clemētiā
manifeſtandum quequidem clementia at-
tribuitur ſpirituiſancto. Tres medij perti
nent ad dei ſapientiam incarnatam vene-
nerandum quequidem ſapientia attribui
tur filio. ideo ꝓpter ꝑtinentiam ad dei fi-
lium mutatio fit ad denotandum ꝙ aſſum
pſit quod non erat: ideo dicitur in tribus
medijs chriſte per aſſumptionem humani
tatis vnite gratie miſere nobis. Poſt ky-
ri eleyſon ſequitur hymnus angelicus: ſci
licet Gloria in excelſis deo. quem hymnū
cantauerunt angeli in natiuitate ſaluato-
ris: vſqꝫ ad illam partem laudamus te: re-
liqua vero appoſuit beatus Hylarius picta
uen. epiſcopus ⁊ dꝫ dici in medio altaris:
qꝛ angelus q̄ natiuitatē xp̄i annūciauit pa
ſtoribꝰ erat in medio mūdi. Lu. ij. Ecce anū

UVA. BHSC. IyR_242

cio vobis gaudiũ magnũ quod erit in po-
pulo. Sacerdos ergo q̄ dicit gloria in excel-
ſis deo qui gerit pſonam angeli illi⁹ ⁊ cho
rus qui reſpondet gerit pſonam multitu-
dinis angelorum: de qua dicit ibidem facta ē
multitudo celeſtis exercitus laudãtiũ dñs
⁊ dicentiũ gloria in altiſſimis deo. tamen
gloria in excelſis nō cãtatur in officijs lu-
ctuoſis vt in miſſis de defunctis: in ſeptua
geſima ⁊c. Itez ſm Inno. Gloria in excelſis
dimittitur in aduentu ꝓpter tēpus prime
expreſſiōis: qꝛ ille hymnus fuit expreſſus
in die natiuitatis dñi. Alia cauſa eſt ꝓpter
ſpei expectationē. in aduētu eñi deum ſal-
uatorem expectamus. Et qꝛ expectatio ex
pectamen affligit. iuxta illud Prouer. xiij.
Spes que differtur affligit aĩam. ⁊ gloria
in excelſis eſt ſignũ leticie: in aduentu q̄ eſt
tēpus triſticie tacet gloria in excelſis. Sz
tũc reſultat vnũ dubiũ tale. Cum alleluya
ſit canticum leticie: quare nō tacetur in ad
uētu ſicut glia in excelſis. Solu. ſm Inno.
Alleluya dicit rōnem ſpei quia aduentus
eſt tēpus ſpei. ideo cantatur in aduentu al
leluya. Gloria eñi in excelſis ſm compen-
dium theo. ſignificat gratiarũ actionē. ſm
vero cōpē. ſeptē ſacramētorum gloria in excel
ſis deo dr̄ ad cōmemorandũ celeſtē gloriã
ad quam tendimus poſt preſentē miſeriã

¶ Queritur quare ceſſat gloria in excel
ſis a ſeptuageſima vſq; ad diem cene. So.
Quia lapſus primorum parentũ ab eccleſia
illo tempore memorat. Itē in illo tpe deb;
quiſq; ꝓpria peccata ad mentis oculos re
uocare: ideo debemus dimittere cãtica le-
ticie vt oſtendamus in nobis contritionē
intenſam p peccatis nr̄is: iuxta illud Tho.
v. Quare gaudiũ mihi eſt qui in tenebris
ſedeo ⁊ lumen celi non video. Item quia
illud tempus figurat ſeu repñtat captiui-
tatem iudeorum in babylonia in qua fuerũt
lxx. annis. de qua captiuitate loquitur da
uid dicēs. Super flumina babylonis illic
ſedim⁹ ⁊ fleuim⁹ dũ recordaremur tui ſyō.
Item ad oſtendendũ angelicam offenſam
in qua ꝓpter peccatum ãgelica reparatio
impedietur. Et ideo ante xp̄i aduentũ mul
titudo angelorum contra homines iraſcebã-
tur. Et ideo dum peccata noſtra memora-
mus ab hymno angelico ceſſamus. Et hec
ratio vltima ſumit. de cōſe. diſt. i. c. hi duo.
⁊ in ſeq. c. hr̄ ꝙ glia in excelſis inter miſſarum
ſolēnia in cena dñi dicēda eſt. In feſto ino-
cētiũ nō dr̄ qꝛ innocētes nō ſtatim intra-
uerũt gloriã cũ nōdũ eſſet ianua apta: qꝛ
nōdũ xp̄s aſcēderat. ¶ Querit quare glia
in excelſis ſubdit imediate poſt kyri eley
ſon. So. Dicēdũ eſt ꝙ hoc facit ordo debi-
tus ex quo aĩa deuota deſiderauit xp̄i ad-
uentũ in introitu miſſe ⁊ poſtulauit mĩe ef
fectũ. In kyri eleyſon ordo debitus eſt: vt
p̄cēdat gaudij effectũ in hymno angelico.
iuxta illd̄ ꝓuer. xiiij. Cor qd̄ nouit amaritu
dinē aĩe ſue i gaudio ei⁹ nō miſcebit extra
ne⁹. Finito glia in excelſis: ſacerdos vertit ſe
ad pp̄lm di. Dñs vobiſcũ: q̄ ſalutatio fuit
ſumpta de veteri teſtō de li. Ruth. ij. c. qñ
dicit Booz meſſorib⁹ ſuis dñs vobiſcũ ⁊ ē
ſenſus. dñs petiōib⁹ vr̄is tribuat effectũ
Ep̄s aũt dicit pax vobis: qꝛ ep̄s repñtet p
ſonã xp̄i q̄ qñ ſalutabat diſcip̄los ſuos di-
cebat pax vobis. Jo. xx. ¶ Querit quare
ep̄s i p̄ria vice dicit pax vobis: ⁊ in alijs di
cit dñs vobiſcũ. So. vt cuſtodiat illd̄ docu
mētũ Eccl̄. iiij. Rectorē te poſuerũt eſto in
illis quaſi vn⁹ ex illis. ¶ Querit hic vtrum
ſp debeat ſacerdos dicere dñs vobiſcum.
So. Dicēdũ ꝙ ſic poſito caſu ꝙ nō eēt niſi
vn⁹ in miſſa ſua qꝛ loqtur toti eccl̄ie ⁊ cho-
rus rñdet ⁊ cuz ſpũ tuo q̄ rñſio ſũpta fuit
ab ap̄lo. ij. ad Thi. iiij. vbi dr̄ dñs ieſus xp̄s
cũ ſpũ tuo. Poſt ſubiũgit ſacerdos orem⁹
loquēs quaſi ſindic⁹ in pſona toti⁹ populi
⁊ dicto orem⁹ dicit orōnē q̄ vocat collecta
qꝛ olim p̄lat⁹ vel ſacerdos collecto pp̄lo di
cebat eã ſup pp̄lz: ⁊ iō vocat collecta: dicit
deuotã orōnē quã ſacerdos fac̄ p pp̄lo vt
pp̄ls ſit dign⁹ tãtis myſterijs ſm cōpē. ſeptē
ſacrorum. Sup qd̄ eſt ſciēdũ ꝙ tales orōnes
debēt dici in nũero impari. i. vna vel tres
q̄nq; vel ſeptē qñ dr̄ vna ſignificat vnitatē
eſſentie q̄ eſt in trib⁹ pſonis: qñ dicũt tres
ſignificãt tres pſonas trinitatis. vel qꝛ xp̄s
in paſſiōe cui⁹ miſſa eſt memoriale dr̄ ter
oraſſe: p̄io dicit pater ſi poſſibile eſt tran
ſeat a me calix iſte. Scdo di. pater ignoſce
eis: quia neſciunt quid faciunt: tertio quã
do dicit pater in manus tuas commendo
ſpiritum meũ: quando dicuntur quinq; ſi
gnificant memoriã quinq; vulnerum xp̄i:
quando dicuntur ſeptem ſignificant ꝙ ſa
cerdos ſi digne dicit exauditur p omnib⁹
petitionibus que in oratione dominica cō
tinentur: vel ſignificant ſeptem dona ſpi-
ritusſancti que ſacerdos petit ſibi ⁊ illis p
quibus dicit miſſam infundi ⁊ magiſter
Johannes beleth dicit ꝙ nō debent dici vl
tra ſeptem cui concordat Inno. ⁊ hoc ꝓpt

UVA. BHSC. IyR_242

faſtidium audientium. ¶ Queritur qua
re orationes dicuntur in numero impari.
Solu. ſm Inno. quia numerus impar di-
cit concordantiam: par vero diſcordiaʒ eo
ꝙ par poteſt diuidi. Ulterius eſt notandū
ꝙ omnis oratio dirigitur ad patrē vel ad
filium ⁊ nulla ad ſpiritumſanctum. Et ra-
tio eſt quia ſpiritusſanctus eſt donum ⁊ a
dono non petitur: ſed a largitore doni: ſm
beatum Auguſtinum in libro de doctrina
chriſtiana. Item eſt notandum ꝙ ſi diriga
tur oratio ad patrem in qua nō fiat men-
tio de filio. tunc debet dici per dominum:
vt in illa oratione. Protector in te ſperan-
tium ⁊c. Si autem in oratione fiat mentio
de filio debet dici per eundem: vt in illa
oratione. Deus qui de beate marie virgi-
nis vtero verbum tuum angelo nunciāte
⁊c. Si auteʒ dirigatur oratio ad filium dʒ
dici: qui viuis ⁊ regnas deus: vt in illa ora
tione. Deus qui virginalem aulā ⁊c. Si ve
ro in fine orationis fiat mentio de filio de
bet dici: qui tecum viuit ⁊ regnat. Si vero
fiat in orationē mentio de ſpiritusancto: ſi
cut in illa. Deus qui corda fidelium ſancti
ſpiritus ⁊c. debet dici in fine: in vnitate ſpi
ritusſancti deus. Unde verſus. Per domiū
dicas cū patrē p̄ſbyter oras. Si xp̄m me-
mores per eundem dicere debes. Si xp̄o
loqueris qui viuis dicere queris. Qui te-
cum ſi ſit collecte finis in illo. i. in ipſo xp̄o
ſpiritus almus ſit eiuſdem dicere debes.
Orationibus enim noſtris non poteſt da
ri maior auctoritas ꝙ̄ mittere eas per ie-
ſum chriſtum ante conſiſtoriuʒ diuine ma
ieſtatis cum ipſe ⁊ pater vnum ſint et ip̄e
filius de ſe dixerit Mat. vl. Data eſt mihi
omnis poteſtas in celo ⁊ in terra. ipſe em̄
xp̄s dixit Joh. xvi. Petite in nomine meo
⁊ accipietis: ergo ipſe eſt mediator dei et
hominum. i. ad Thimo. ij. ¶ Item ſup pre-
miſſis eſt notandum ꝙ quando dicit miſ-
ſa pro viuis non debet dici collecta aliqua
pro defunctis: nec econuerſo in miſſa pro
defunctis non debet dici collecta ſeu ora-
tio pro viuis: niſi illa communis oratio.
Omnipotens ſempiterne deꝰ q̄ viuoꝝ dn̄aris
ſimul ⁊ mortuoꝝ ⁊c. Si ṽo in miſſa ꝓ viuis
aliquo caſu dicat collecta pro mortuis illa
collecta nō dʒ dici vltima: ſʒ penultima vel
antepenultima: quia finis debet correſpō
dere principio ⁊ dictis collectis rn̄detur
Amen. i. fiat. De multiplici acceptiōe iſtiꝰ
dictionis videatur in. c. de oratione in illa

parte q̄ determinit̄ de oratione dn̄ica in
fine. dicta collecta vl' collectis ſequit̄ ep̄la
ab epi qđ eſt ſupra ⁊ ſtola miſſio: q̄ſi remiſ
ſio facta ab apoſtolis ⁊ veris orthodoxis
ad inſtructioneʒ populi in fide catholica.
Iſta em̄ inſtructio in fide fit ꝑ doctrinā ꝓ-
pheticā ⁊ apoſtolicā: ſm compēdiū ſeptem
ſacramentoꝝ. ⁊ ideo aliqn̄ ep̄la legitur de
epiſtolis pauli. aliqn̄ de epiſtolis petri. ali
qn̄ de actibus apoſtolorum. aliquando de
apocalypſi ⁊c. ¶ Queritur quare epiſto
la ſumitur de veteri teſtamēto ⁊ aliqn̄ de
de nouo. So. Epiſtola ſignificat officiū io-
hānis p̄curſoris ⁊ iohānes xp̄m venturum
non ſolum p̄dicauit: imo preſentē mōſtra-
uit. Ideo epiſtola aliqn̄ ſumit̄ de veteri te
ſtamento ⁊ aliqn̄ de nouo. ¶ Queritur
quare oratio p̄cedit epiſtolā. Solu. Epiſto
la eſt quedā lectio doctrine ⁊ ideo ip̄am p̄-
cedit oratio vt auditores ꝓficiant. ¶ Que
ritur quare epiſtola p̄cedit euangelium.
Solu. ſm compen. theo. q2 ep̄la notat ob
ſuantiam veteris legis. euangeliū ṽo no
ue legis. ideo ep̄la precedit euāgeliū. Alia
ratio eſt ſm Inn. quare ep̄la debet p̄cede-
re euangelium ad denotandum officium
precurſoris quod beatus Johānes bapti-
ſta ante xp̄m exercuit. Luce. i. ¶ Querit̄
quare in principio epiſtolaꝝ pauli dr̄ fra-
tres in principio ep̄larum canonicaꝝ cha-
riſſimi: in illis de ap̄lis in diebus illis ⁊c.
Solu. Quia beatus paulus ſcribebat ad
cōuerſos inter quos debet eſſe ſpiritualis
germanitas: iō dr̄ fr̄es. Illi vero q̄ ſcripſe-
runt ep̄las canonicas non ad cōuerſos ad
ſe ſpāliter: ſed ad oēs gn̄aliter ſcribebant
inter quos dʒ eſſe charitas. ideo in ſignuʒ
huius dr̄ chariſſimi. In libris ṽo hyſtoria-
libus ꝓpheralibus ⁊ apocalypſis tangit̄
tempus rei p̄terite p̄ſentis ⁊ future: ideo
dum legimus de illis dicimus in diebus
illis. Libri aūt ſapientiales cōtinēt doctri
nam cōem omni ſtatui neceſſariam in om̄i
tp̄e. ideo dicimꝰ. Lectio libri ſapientie. Et
debet epiſtola cantari accentu circūflexo
ad denotandū ꝙ doctor in docendo debet
attollere dei ſublimitatē ⁊ poſtmodū dʒ re
dire ad ꝓpriā paruitatē ⁊ dʒ terminari ac
centu accuto ad denotādū ꝙ oīa debemus
reducere ad glorie felicitatē. ſm Innocen.
¶ Queritur quare epiſtola auditur ſe-
dendo. Solut. quia ſignificat xp̄i expecta-
tionem expectātium autē mos eſt ſedere.
Alia ratio eſt: q2 epiſtola eſt quedā lectio

UVA. BHSC. IyR_242

ram dantes carnali copule ſtudioſe ſi ad-
huc durat maleficiũ preſumit᷑ perpetuum
eſſe. ¶ Querit᷑ quõ fit ſeu celebrat᷑ diuor
tium in tali caſu. Sol. Si ambo coniuges
pariter ꝓcedant ad iudiciũ: ⁊ ꝓclamant ꝙ
non poſſunt ambo carnaliter cõmiſceri ꝗ-
uis per trienniũ ſtudioſaȝ dederint operã
carnali copule bona fide ſine fraude. tunc
officialis vel cui ꝑtinebit faciet eos iurare
ſuꝑ hoc etiã faciet iurare de crudelitate ꝓ
pinquos eoꝝ q̃ ſtatũ eoꝝ cognouerũt ⁊ iſti
ꝓpinqui nõ iurabũt niſi ꝙ credunt eos ve
rum dixiſſe. arg. extra de pur. c. quotiens.
Et iſtis iuramentis p̃ſtitis ſi ꝓpter frigidi
tatem ſeparant᷑ dat᷑ mulieri licentiã alteri
nubendi: ſed nõ viro. xxxiij. q. i. c. req̃ſiti. ⁊ ꝑ
magi. ſen. xxiiij. di. iiij. etiã ꝓpter artationẽ
mulieris dat᷑ viro licentia nubendi alteri
ſed nõ mulieri. extra de impotẽtia coeũdi.
c. fraternitatȝ. Tamẽ niſi ſignis manifeſtis
cõſtet eos. ſ. viros eſſe frigidos vel mulie-
res artas nõ ſunt ab inuicẽ ſeparãdi ĩ auc.
de nup. §. ꝑ occaſionẽ. Col. iiij. Debet tamẽ
maior caliditas adhiberi circa virũ ꝙ cir-
ca mulierẽ: q2 frigiditas q̃ faceret virũ im-
potentem non faceret mulierẽ. ſm cõpen.
ſeptẽ ſacra. Si vero alter tñ cõfitet᷑ ⁊ alter
negat q̃d fiendũ. So. Si vir ꝓuocat ad ſe-
parationẽ negãte vxore viro incũbit ꝓba-
batio: q2 illi ſoli nõ credit᷑. Si vero mulier ꝓ
uocat virũ ad ſeparationẽ viro recuſante ⁊
aſſerẽte carnalẽ copulã p̃ceſſiſſe credit᷑ viro
q2 caput eſt mulieris. extra de ſpõ. impu.
cõtinebat᷑. xxxiij. q. i. ſi q̃s acceperit niſi mu
lier velit ꝑ aſpectuȝ corpis ꝓbare impedi-
mentũ: q2 tunc ſtandũ eſt ꝓbationi mulie-
ris. arg. xxvij. q. i. c. nec aliqua. Et ſi mulier
ꝓbauerit ꝑ iſpectionẽ corpis ſeparãdi ſũt.
Ponat᷑ caſus ꝙ mulier fuerit corrupta q̃d
iuris: q2 tũc aſpect⁹ corpis nihil operaret᷑.
So. requirit᷑ iuramentũ mulieris cũ ſepti
ma manu ꝓpinquoꝝ. ¶ Querit᷑ q̃d iuris
ſi vir ꝓuocat ad iudiciũ ſuã coniugẽ dicen
do ſe nõ poſſe cognoſcere eã carnalit᷑ ⁊ illa
dicat ſe cognitã ab eo fuiſſe. So. Dicenduȝ
eſt ꝙ viro nõ eſt credendũ ꝗuis dicatur ca
put mulieris niſi ſint alie ꝓbationes. tñ q2
vir eſt auctor ⁊ auctori nõ incũbit ꝓbatio.



UVA. BHSC. IyR_242

vi.q.i.c.auctor de edendo.l.q̄ accuſare ꝛ tñ qꝛ ſi crederet̄ verbo vni⁹ nō formidaret̄ incurrere periuriū ꝑ viros: vt poſſent ſeparari ab vxorib⁹ ꝛc. Sicut dictū fuit de frigiditate. ita dicendū eſt de maleficio: quia ſi maleficiū ſequat̄ matrimoniū iā contractū ſiue fuerit conſummatū ꝑ carnalē copulam ſiue nō: nō dirimit. Si autē ꝓcedit matrimoniū aut illud maleficiū eſt perpetuū: ꝛ tunc dirimit matrimoniū cōtractum ꝛ impedit ꝯtrahendū. xxxiij.q.i.c. ſi ꝑ ſocias. Perpetuū dr̄ qn̄ humano ope ei ſubueniri nō poteſt: aut tēpale ꝛ tunc non dirimit: ꝛ ad hoc experiendū eccl'ia inſtituit tēpus triū annoꝝ ſicut de frigiditate: differentia tñ eſt inter frigiditatē ꝛ maleficiū: qꝛ frigus eſt impotēs ad oēs mulieres: et ideo nō dat̄ licentia nubendi cū alio. ſed ex maleficio poteſt hō eſſe potens ad vnā mulierem ꝛ ad aliā nō: ꝛ ideo qn̄ iudicio eccl'ie diſſoluunt̄ ꝓpter maleficij impedimentū maleficij dat̄ vtriqꝫ licentia ad matrimonium contrahendū. ¶ Querit̄ vn̄ ꝓcedit maleficiū. So. ex dyabolo deo ꝑmittente: ita ꝙ in ymaginatione hoīs dyabolus imprimit ex qua impreſſione tollit̄ viro cōcupiſcentia q̄ mouet ad talē mulierē ꝛ nō ad aliā. ꝛ ſilr̄ poſſet ad oēs mulieres tale maleficiū in viro impediendo excitationē cōcupiſcentie ꝑ quā carnalis copula tollitur Et poſito caſu ꝙ tale maleficiū poſſit per aliud maleficiū deſtrui ꝛ remoueri: ſicut maleficij teſtant̄: nihilomin⁹ diceret̄ perpetuum qꝛ nullo mō debet q̄s auxiliū demonum inuocare. ſcꝫ cōpen. ſeptē ſacramētoꝝ. ¶ Querit̄ q̄d iuris de impedimēto accidētali: vt puta de ſpadonib⁹ ꝛ caſtratis ꝛc. So. Dicendū eſt ꝙ ſi ſectio preceſſit matrimonium ſeparādi ſunt. Si autē nō ꝓceſſit nō ſunt ſeparādi. l3 vir fact⁹ ſit inutilis ad reddendū debitū. xxxij.q.ij. extra. vt lib. nō cō. c. qm̄ frequēter. Et illud idē qđ dicimus de ſectione ſupueniente: ꝙ nō ſeparat matrimoniū ꝑus cōtractū. Dicendū eſt de impotentia coeūdi ſi ſupuenit matrimonio conſummato ꝙ nō dirimit matrimoniū ꝛ ſic breuiter dicendū eſt de alijs impedimētis q̄ ſupueniunt matrimonio iā cōſummato ꝙ illud matrimoniū nō diſſoluūt. Itē ſi cōtrahentes ſcierint anteꝙ cōtrahant impedimenta preallegata: ꝛ poſtea contrahant non eſt locus ſeparationi: qꝛ imputat̄ eis qui ſcienter impotentib⁹ ſe cōiunxerūt. ff. de adul. l. ſi vxor. in fi. c. ſi q̄s vxorē. xxxij.q.i.

tam in ſua ſumma ꝛc. Preter iſta duodecī impedimenta q̄ dicta ſunt: ſunt alia q̄ impediunt matrimoniū cōtrahendū ſed non dirimunt iam cōtractū: ſcꝫ tp̄s feriarū et eccl'ie vetitū. Vn̄ v̄ſus. Eccleſie vetitū nec non tēpus feriarū. Impediūt fieri permittunt facta teneri. Ibi eī caſus ſcꝫ ꝓhibitio eccl'ie ꝛ tēpora feriarū impediūt cōtrahendum. Prohibitio eccl'ie eſt qn̄ timetur de aliquo impedimēto inter aliquos. ꝛ ꝓhibetur ne cōtrahant donec cōſtiterit de declaratione ſuper hoc facta hac de cauſa matrimonia clandeſtina q̄ fiunt ſine conſenſu eccleſie ꝛ ſolennitate prohibent̄ vt perſone cōtrahentes legitime ꝓhibentur. Et dicūt̄ fieri matrimonia clandeſtina. Primo qn̄ non adhibent̄ teſtes. Secundo qn̄ nō adhibetur ſolennitas quā ſolet eccleſia in nuptijs adhibere: ſicut benedictio ꝛc. Tertio qn̄ nō edunt̄ banna ſeu cride: qꝛ cōſuetum eſt in eccl'ia ꝙ fiant tria banna ſolenniter i diebus feſtiuis inter miſſarū ſolennia: vt emineat ſi ſit aliqđ impedimentū inter cōtrahentes. tñ ſi facta fuerint matrimonia clandeſtina tenent cū ibi ſit verus conſenſus ꝑ verba de preſenti expreſſus: tñ cōtrahentes ſi clandeſtine debent puniri ꝑ ep̄m ꝓpter ꝓhibitionem. Tēpus feriarū cōtinetur in illo metro. Aſpiciens veterem circū quaſi q̄s benedicta. Per hāc dictionē aſpiciens intelligit̄ prima dn̄ica aduentus in qua cantat̄ in matutinis aſpiciēs. Per hāc dictionē veterē intelligunt̄ octaue epyphanie. Per circū intelligit̄ ſeptuageſima. Per quaſi intelligit̄ quaſi modo in octauis paſche. Per quis intelligit̄ dies lune ante aſcēſionem dn̄i. Per benedicta intelligit̄ dies trinitatis. In prima dn̄ica aduentus nō celebrātur nuptie. In octauis epyphanie celebrātur nuptie. In dn̄ica ſeptuageſime nō celebrantur nuptie. Dn̄ica quaſimodo celebrantur. Die lune ante aſcenſionē qua cantatur in euangelio Quis veſtrū habebit amicū ꝛc. nō celebrant̄ nuptie. tñ aliqui dicunt ꝙ ſola dies trinitatis ponit̄ excluſiue et dicunt cauſam: qꝛ dies trinitatis nō pertinet ad ſolennitatē penthecoſtes cū careat octauis etiā libenter miſſa de trinitate pro nuptijs celebrat̄. ꝛ hoc videt̄ dicere illa decre. extra de ferijs. c. capellanus. ꝛ mag. ſenten. xxxiij. diſtin. iiij. tñ ſm̄ cōpen. ſeptē ſacramentoꝝ. qꝛ quelibet ꝓuincia ſuo ſenſu abundat ſtandū eſt ſup hoc cōſuetudini ꝓuinciarū ſeu ciuitatū ꝛc. ¶ Queritur

UVA. BHSC. IyR_242

vtrum vir propter crimen adulterij poſſit mulierem ſuam dimittere ⁊ alteri nubere Solutio. Dicendū eſt ꝙ vir poteſt vxorem ſuā dimittere ex cauſa adulterij: vt ſi inuenit eā ſolā cū ſolo loco ⁊ tpe ſuſpectis ⁊ nudam cū nudo ſed hoc ꝙtum ad thorū ſciliȝ ꝙ poteſt eā dimittere: non tñ poteſt alteri nubere: q2 vinculuȝ matrimonij ꝑpetuum manet inter virū ⁊ vxorem ꝙdiu vixerint. ſm cōpen. ſeptē sacroꝝ. ¶ Queriẗ vtrum vir poſſit ꝓpria auctoritate vxorē fornicantem dimittere. Solutio. Dicendū eſt ꝙ poteſt quo ad thorū tātū eā dimittere ꝙcito conſtat ei de eius fornicatione nec tenetur ei reddere debitū niſi per eccleſiā cōpelleretur: ⁊ tunc nō generat ei preiudiciū q̄n etiā poſſit eā accuſare de fornicatiōe. Alio modo intelligiẗ dimittere vxorē ꝙtum ad mutuā cohabitationē: ⁊ ſic vir nō poteſt dimittere vxorē ſuā fornicantē: niſi per iudicium eccleſie. ſm Boñ. ⁊ cōpen. ſeptē ſacra. ¶ Queriẗ nunq̄d poteſt mulier dimittere virū ſuū ſeu maritū ex cauſa fornicationis ſicut vir vxorē. Solutio. Dicendū eſt ꝙ ſic. vnde magi. ſen. xxxv. d. iiij. cū dñs viro concedit vxorē dimitti in cauſa fornicationis eadē licētia nō tolliẗ feminis. Unde Inno. papa. Chriſtiana religio adulteriū in vtroq̧ ſexu pari ratione condēnat. Adultera ei vxor nequit dimitti a viro ſuo: niſi ⁊ ipſe expers ſit fornicationis. Unde Augu. Nihil iniquius eſt cauſa fornicationis dimittere vxorē ſi ipſe conuincatur fornicatione. Ad hoc cōcordat apl's dicens in quo alium iudicas teipſum condēnas: tamen ꝙtum ad bonū matrimonij quod eſt proles maius peccatuȝ ex parte mulieris fornicantis ꝙ ex parte viri. ¶ Queritur nūquid ſemꝑ poteſt vir vxorem fornicantem dimittere. Solutio. Dicendum eſt ꝙ non in ſepteȝ caſibus. Primus eſt: ſi vir etiam fornicatus fuerit. Secundus ſi vir eam proſtituerit vel duxerit eam ad fornicandum. Tertius caſus eſt quando vxor probabiliter credit virum ſuum eſſe mortuū: ⁊ alteri nubit: ⁊ et viro redeunte ſtatim ab illo recedit: ⁊ cum quo poſtea nupſerat. Quartus quādo eſt ab alio cognita ſub ſpecie viri quem credebat ſuum eſſe virum. Quintus quādo fuit vi oppreſſa: ⁊ intelligitur de vi abſoluta q̄ non fit niſi per metum. Sextus quando reconciliauit ſibi eam poſt adulterium commiſſum vel publice adulteranti retinuit. Septimus caſus quādo infidelis ab alio infideli cōiuge dimiſſus ſm ritum ſuuȝ eo dimiſſo alter nubit: ⁊ poſtea vtroq̧ ad fidem conuerſo cogitur per eccleſiam eam recipere. breuiter ſi vir diuortium velit reconciliare ſibi vxorem ſuam poteſt. ſm cōpendiū ſeptem ſacramentoruȝ ⁊c. ⁊ per magiſtrum ſen. xxxv. diſtin. iiij. vbi dicit. Poſſunt autem reconciliari ⁊ cohabitare ſicut prius ſi dimiſſam alter reuocare voluerit. Et ſic finit de capitulo matrimonij: ⁊ finaliter de ſeptem ſacramentis.

¶ Sequitur de virtutibus ⁊ actibus virtuoſis.

Riminib⁹ notis de
mēte tuaq̧ remotis.
Inſere virtutū ſemē
q̄ ſint tibi ſcutum.
Ne quando viues in
peccatum recidiues.
Sitq̧ tibi lumen quo poſſis cernere numen.
Septem virtutes habeas aduerſa refutes.
Eſto fide firmus: ſpe rectus: amore leuatus
Prudēs: ⁊ iuſtus animo fortis moderatus.
Donis impleri procura flaminis almi.
Eſto timens: pius: atq̧ ſciens: fortis: bene conſul.
Hic intellect⁹ ſapientia dona dei ſunt.
Sis bene dotatus: vt ſis in fine beatus.
Sis pauper mitis flens ius faciens miſerator
Mundus pacificus ſic vult mundi recreator.
Per ſeptem merita dātur premia magna.



UVA. BHSC. IyR_242

Pauper enim regnat mitis: poſ-
ſeſſor abundat.
Flens cōſolat᷑ iuſtū faciēs ſatiatur
Sit pietaſq̄ pijs dominum mun
duſq̄ videbit.
Eſt quoq̄ pacificus domini pro-
les ⁊ amicus.

POſtq̄ auctor noſter
determinauit de ſeptē ſacris
Hic intendit determinare
de virtutibus diuidēs ſuā
litterā prima ſui diuiſione
in duas partes. In prima parte determi-
nat de virtutib⁹ donis: ⁊ beatitudinis ī ge
nerali. In ſc̄da ī ſpeciali. Prima in p̄ncipio.
ſc̄da ibi. Uera fides firmat ⁊c. Itē prima di
uidit᷑ in tres. In prima determinat de vir-
tutibus. In ſc̄da de donis. In tertia de bea
titudinib⁹. Prima in principio. ſc̄da ibi. Do
nis impleri. tertia ibi. Sis bn̄ dotat⁹. Itez
prima pars in duas. Nā primo ꝓponit. Se
cūdo enumerat virtutes. prima in p̄ncipio
ſc̄da ibi. Septē virtutes. In prima p̄te au-
ctor nr̄ ꝓponit dicēs ꝙ criminibus. i. pctis
notis vt ꝑ verā penitentiā remotis a men
te virtutes debēt inferri. queq̄dē virtutes
ſunt tanq̄ ſcutū ſeu clypeus ad repellēduz
ictus ⁊ inſultus inimicoꝝ. caueat em̄ vir-
tuoſus ne recidiuet in aliqđ mortale. q̄ ſic
priuaret᷑ virtutibus ⁊ efficeret᷑ cecus. vir-
tutes em̄ dirigunt virtuoſum ſurſuz a ſta-
tu gratie ad ſtatū glorie ⁊c. ¶ Pro quo eſt
notan. ꝙ virtus ſm Aug. in li. de libe. arbi.
eſt bona qualitas mētis qua bn̄ viuit᷑ qua
nullus male vtit᷑ quā deus in nobis opera
tur. ⁊ hec diffinitio dat᷑ in cōparatione ad
agentē. Circa illā particulā prime diffini-
tionis quā de⁹ in nobis ſine nobis operat᷑.
Poſſet aliq̄s arguere de illa auc̄tate Aug.
di. Qui fecit te ſine te nō iuſtificabit te ſine
te q̄ ꝑ illā auctoritatē videt᷑ ꝙ de⁹ in nobis
non operet᷑ virtutē ſine nobis. Sol᷑. Deus
iuſtificat hoīem ſine hoīe cooperante: ſed
non ſine hoīe operante: ſicut ſol illuminat
domū cū aliq̄s aperit feneſtrā tn̄ non ſine
hoīe operāte: ſed ſine hoīe cooperāte. Hō
em̄ nō cooperat᷑ illuminādo domū: ſic ver⁹
ſol īfundit ꝟtutes nobis p̄paratis ad eaꝝ
ſuſceptionē: nō tn̄ cooperamur illi in illa ī-
fuſione. Alit᷑ diffinit᷑ ſic. Uirtus eſt habit⁹
mentis bene inſtitute: ⁊ hec diffinitio dat᷑
in cōparatione ad ſubiectū in quo eſt pu-
ta ad mentē in qua eſt virtus tanq̄ in ſub-
iecto. Et iſte due diffinitiōes dant᷑ ſꝫ Aug.
vnde mens dicit᷑ bene inſtituta qn̄ ratio cō
ſulit recte voluntas recte imperat: ⁊ vires
ſubiecte voluntate recte obediunt hāc bo-
nam inſtitutionē virtus in mente facit: no
men virtutis antiq̄tus fuit ſolius fortitu-
dinis: vt ait Tul. Cui⁹ ratio hec eſt: q̄ non
ſtatim innotuit hoībus virtuoſitas aliarū
virtutū ſed virtuoſi ſemꝑ apparuerūt qui
laboribus ⁊ doloribus nō facile vinci po-
tuerūt: ſed poſt experientiā docuit animū
habere multa certamina cōtra delitias di
uitias ⁊ honores: quoꝝ victoria difficilis
eſt ⁊ vtilis. vn̄ ⁊ virtuoſi noīati ſunt qui ta
les vincere potuerūt. Alia diffinitio eſt ſm
philo. in ethicis. Uirtus ⁊ diſpoſitio perfe
cti ſunt ad optimū. Hec diffinitio datur in
cōparatione ad fidē ⁊c. qualitas in prima
diffinitione ponit᷑ ꝓ genere: bona ponitur
ꝓ differentia qualitatuz malarum anime
mentis dicit᷑ ad differentiā qualitatū que
ſunt in corꝑe: qua bene viuit᷑ ponit᷑ ad diffe
rentiam qualitatū quibus recte intelligit᷑
ſicut ſcientia ⁊c. qua nullus male vtit᷑ po-
nitur ad differentiā qualitatuz quibus ⁊
bn̄ ⁊ male vti poſſumus quā de⁹ in nobis
operat᷑ ponitur ad differentiā virtutū car-
dinaliū: ne habentur ꝑ acquiſitionem. De
iſtis diffinitionibus ſuperſedeo cauſa bre
uitatis. Uirtus em̄ ethimologiſatur quaſi
vis intus: ⁊ hec vis conſiſtit in aggreſſione
arduoꝝ q̄ ſunt ſupra ſe ⁊ intolerētia aduer-
ſoꝝ. Act. xiiij. c. Per mltas tribulatiōes opꝫ
nos intrare regnū dei: ⁊ ī abſtinētia placi-
toꝝ. Gen̄. viij. Sēſus ⁊ cogitatio cordis hūa
ni in malū ꝓna ſunt ab adoleſcētia ſua. vn̄
metrificator Oui. Eſt virtus placitis ab-
ſtinuiſſe bonis. Alio mō dr̄ virtus q̄ſi vxo-
rem tenēs vel q̄ſi virū tuens ꝙ virt⁹ dicat᷑
a vi pꝫ Mat. xi. vbi dr̄. Uiolēti rapiūt illud
i. ꝟtuoſi rapiūt regnū celoꝝ ¶ Querit᷑ q̄d
dicēdū de q̄litate ꝟtutū. Ad hoc rn̄det᷑ ſub
paucis ꝟbis ꝙ ꝟtus ī medio cōſiſtit: ⁊ tale
mediū cōſiſtit in trib⁹. ſ. in agēdis. ſ. īter ſu
pra ⁊ circa mediū. vn̄ Pau. Rōnabile ſit ob
ſeq̄ū vr̄m. Itē hn̄dis. ſ. int᷑ ſupfluū ⁊ indigē
tiam. puer. Diuitias ⁊ pauꝑtatē ne dederꝭ
Itē in ſuſtinēdis. ſ. inter eleuari in ꝓſperis
⁊ deijci ī aduerſis. vn̄ ſcriptura ſc̄tā deut. v.
⁊ puer. iiij. Nō declinabis ad dexteraꝫ nec
ad ſiniſtrā. Tres ei ſunt bone ꝯditiōis vir-

UVA. BHSC. IyR_242

tutis: ſcʒ tētatōis remotio: actuū multipli
catio: in bono delectatio. Primū ꝟtutes in
radice firmat. Scdm quaſi floribus deco/
rat. Tertiū q̄ſi ſapore fructuū delectat. Itē
ad cōſūmatiōnē ꝟtutū ꝯcurrſt iſta diſpo/
ſitio imperās habitus informis: operatio
ꝓbans: premiū coronās. ¶ Queriť de q̄/
litate virtutū. ꝑ quo eſt notandū ꝙ equa/
litas virtutū cōſiſtit in multis modis. Eq̄/
les enim ſunt ꝟtutes q̄tum ad eſſentiā: qꝛ
omnis virtus eſt ſimplex. Scdo q̄tum ad
equalē radicationem in aīa ſm ꝙ in ipſis
ꝟtutibus eſt. Tertio q̄tum ad relationem
ad eundē finē: qꝛ oēs ꝓpter deū operanť.
Quarto q̄tum ad equalē effectū: qꝛ equa/
liter faciunt hominem dignū vita eterna.
Quinto q̄tum ad equalē facilitatē ad act9
ſuos q̄tum in ipſis eſt niſi impediantur.
¶ Queriť de ꝟtutū inequalitate. Pro q̄
eſt notandū ꝙ ꝟtutes ſunt inequales q̄tū
ad vſum. Sūt enī virtutes ſicut arma: ſed
ſicut miles neſcit equal'r pugnare cū oib9
generib9 armoꝝ q̄ hʒ imo melius pugnat
cum illis armis q̄ frequētius vſitauit: ſic
eſt de virtutibus. Scdo ſunt inequales q̄
tum ad auctoritatē: quia ſm hoc maior oī
bus virtutibus eſt charitas: ⁊ quelibet ꝟ/
tus poteſt eſſe maior alia ſm aliquā pre/
rogatiuam quam habet. vel ſm aliquem
effectum. Tertio q̄tum ad feruorē: qꝛ vna
virtus feruētius operatur alia. ¶ Sciēdū
eſt tū ꝙ eadem ꝟtus numero nō eſt eq̄lis
qꝛ virtutes creſcūt pluribus modis. Uno
modo q̄tum ad intentionē. Secundo q̄tū
ad radicationē. Tertio q̄tum ad potentiā.
Quarto q̄tū ad maiorēʒ expreſſionē diui
ne ſimilitudinis. Quinto q̄tum ad diutur
niorem permanentiā. Item creſcente vna
virtute creſcunt oēs. Exēplum habem9 in
cythara in qua ſi dʒ eſſe debita ꝓportio ſo
noꝝ neceſſe eſt vt quando vna chorda ten
diť ꝙ oēs alie tendanť ne in armonia fiat
diſſonantia. ¶ Queritur quare vn9 pol/
leat magis q̄ alius vſus vni9 ꝟtutis. Solť.
plures ſunt rationes. Prima qꝛ deo ſic pla
cet qui etiam dator eſt virtutis. Secunda
ratio eſt natura cōplexionis q̄ magis eſt
cōſona operibus vnius virtutis q̄ opib9
alterius. Tertia ratio eſt vſitatio: qꝛ vnus
magis exercitauit ſe circa vnā ꝟtutem q̄
circa aliam. Quarta ratio eſt quia minus
impugnatur a vicio contrario illi virtuti.
Quinta quia maiorem habet diſcretionēʒ
in operib9 vni9 virtutis q̄ alterius. Sexta
ratio difficultas ſtatus qꝛ cū de nouo q̄s
conuertitur lʒ maiorē charitatem habeat
q̄ alius q̄ diu fuit in charitate non eſt ta/
men ita expeditus ad bene agendūʒ ſicut
alius ꝓpter aliquas peccatoꝝ que adhuc
inherent. ¶ Queritur vtruʒ magnitudī
ni ſcientie debeat reſpondere magnitudo
virtutis. Solutio. Dicendum eſt ꝙ ſic plu/
ribus rationibus. prima ratione diuini ex
empli. Iohan. i. plenum gratie ⁊ veritatis
Luce. xxiiij. Potēs in opere ⁊ ſermōe. Act/
i. Cepit Jeſus facere ⁊ docere. ſecūda rati
ne exempli angelici qui q̄to plus cogno/
ſcunt tanto plus diligunt. Itē ratione exē
pli humani. Mat. v. Qui aūt fecerit et do
cuerit hic magnus vocabitur in regno ce/
loꝝum. Item ratione exēpli naturalis q̄m
lux ⁊ calor in ſole ꝓportionantur. Itē ratio
ne obligatiōis. Luce. xij. Cui plus dimittiť
plus diligit. Item ratione pene declinatio
nis. Luce. xij. ſeruus ſciens voluntatēʒ dn̄i
ſui non faciens plagis vapulabiť multis
¶ Queritur de connexione virtutum. ſ.
vt qui hʒ vnā virtutē habeat omnes. So.
Dicendū eſt ꝙ ſic pluribus rationib9. vna
eſt largitas dei dantis qui non dat vnam
ſine alia. Alia ratio eſt quia ſicut vnū mē/
brum indiget alio: ſic ⁊ in virtutibus. Alia
ratio eſt: quia ſicut in cythara ſi vna chor/
da defuerit nō eſt armonia ꝑfecta: ita nec
ī aīa ꝑfecta erit ſpūalis melodia niſi oēs
virtutes adſint. Alia ratio eſt: quia cōtra
ſingula vicia ſunt alique virtutes. vñ patʒ
omnes habere virtutes vt omnia vicia im
pugnātur. vnde ſicut miles mundi nō eſt
expeditus niſi habeat oīa arma ita nec
miles xp̄i ſi aliqua virtus ſibi defuerit. Si
cut enim ſtelle ⁊ planete ſemper in ſperis
ſuis ſunt: ita virtutes debent eſſe in aīa:
Anima enim eſt vas auri ornatum omni/
bus lapidibus precioſis. i. virtutibus. Anī
ma enim eſt ſicut ortus nobilis cui non de
eſt decor alicuius floris ſeu arboris. Ea q̄
dicta ſunt de connexione virtutum intelli
gantur de virtutibus gratuitis que oīs
quo ad habitus ſunt connexe. vicia ꝟo nō
ſunt cōnexa: ratio eſt: quia vicia ſunt in no
bis ex operibus noſtris que ſimul nō ſunt
virtutes autem theologice nō ſunt in no
bis per acquiſitionem ſed per infuſionem
alia ratio eſt: qꝛ vicia ſunt oppoſita ad in/
uicem ſicut auaricia ⁊ ꝓdigalitas qd̄ non
eſt in virtutibus. ¶ Queritur quid dicē
dum de commendatione virtutis. Soluť.

UVA. BHSC. IyR_242

Dicendū eſt ꝙ virtꝰ eſt cōmēdabilis. ꝑmo
ex ꝑte cāe efficiētis q̇ deꝰ eſt: q: vt ait Aug.
ipam deꝰ in hoīe opaṫ. ſcdo eſt cōmēdabi-
lis ex ꝑte cauſe materialis in qua eſt: quia
nō niſi bonos inhabitat nō eſt ſic de bōis
naturalibus ⁊ fortuitis: q: talia deꝰ pluit
ſuꝑ iuſtos ⁊ iniuſtos. tertio ex ꝑte cāe for-
malis: q: virtꝰ eſt decor ſpūalis. ps. Omis
gloria eiꝰ filie regis. quarto ex ꝑte cāe fina
lis. vñ Aug. Premiū ꝟtutis eſt ipe q̇ ꝟtutē
dedit. Per ꝟtutes em̄ diſtinguuntur filij
dei a filijs diaboli. Joh. xiij. in hoc cogno-
ſcens homines: q: mei eſtis diſcipuli ſi di-
lectionē habueritis adinuicē: ideo oēs ſan
cti ſtudebant virtutibus. Cōmēdabiliꝰ em̄
eſt ſtudium virtutis ꝙ̄ ſtudiū ſciētie ꝑmo
ratione exempli: q: ſancti ſic fecerūt. Item
ratione auctoritatis. vñ Apo. i. Cor. iiij. c.
Non in ſermone eſt regnū dei ſed in virtu
te ratione effectus: quia ꝟtus pctm̄ expel
lit. ſcientia vero nō ratiōe originis: q: ꝟtꝰ
a deo infunditur ſciētia per ſtudiū acq̇rit
ratione finis: q: virtutis finis eſt gloria et
non ſcientie ratione obiecti. quia virtutis
obiectum eſt bonū: ſcientie vero obiectū
eſt verum ratione materie in qua eſt: q:
virtus non eſt niſi in filijs dei. ſcientia au-
tem nō ſemper. rōne ſecuritatis: q: ſecu-
rius eſt eſſe bonū ꝙ̄ verū rōne honeſtatis
quia maior gloria eſt ſequi deū ꝙ̄ Ariſto.
ratione vitandi malū: quia primi parētes
ſi extendiſſēt manū ad lignū vite ſicut ad
lignū ſciētie nō incurriſſent tot mala in ſe
⁊ in poſteris. virtꝰ em̄ eſt magne dignitat̄
cū deus habeat doctorē. iuxta illd̄ Math.
xi. Diſcedite a me q: mitis ſū ⁊ hūilis cor
de. Magne ſublimitatis. iuxta illd̄ Tullij
Uirtus vera eſt altiſſimis de fixa radicibꝰ
Magne iocūditatis eſt virtus. vnde in cu
ſtodiendis illis retributio multa. Uirtus
eſt magne vtilitatis. vnde Boetius. nunꝙ̄
ſine pena ſunt vicia nunꝙ̄ ſine premio ſunt
virtutes. Uirtꝰ eſt magne ſecuritatis. vñ
Tullius hoc demonſtrat. Sapientia eſt vt
omnia tua in te poſita eſſe dicas. ¶ Que
ritur quid dicendum de effectu virtutum.
Solutio. Dicendum eſt ꝙ multiplex eſt ef
fectus ꝟtutis rōnalē illumiat ad cognitio
nē veri. ꝯcupiſcibilē excitat ad amorē boni
iraſcibilē ꝯfortat ad deteſtatiōes mali deo
aſſimulat ꝟtꝰ ꝟtuoſū: pr̄is ꝑ ꝟtutis amo
rem filio ꝑ ꝟtutis ſplēdorē ſpūſſancti per
charitatis feruorē. Uirtꝰ ꝑterita mala ex-
pellit: pñtia mala impugnat. a futuris ꝑ-
ſumit. Uirtus dilectum deo hoīem efficit
fructū adducit: q: premiū poſt meritum
⁊c. Sunt em̄ infiniti alij effectꝰ virtutis de
quibus ſuꝑſedeo cā breuitatis. ¶ Que-
ritur de merito virtutū. Solu. Dicendum
eſt ꝙ meritū eſt boni oꝑis efficacia ad ob-
tinendū id quod nō habeṫ vel ad habēdū
iuſtius quod habeṫ. vñ ꝑ meritū. De non
debito fit debitū vel debitū fit magis de-
bitum ſicut rex dat equū quē non meruit
miles: ſed ꝑ vſum eq̄ meretur eundē equū
iam datum. ¶ Ad declarationē ꝑmiſſorum
eſt ſciēdum ꝙ triplex diſtinguitur meritū:
ſcꝫ cōgrui: digni: ⁊ cōdigni. Meritū ꝯgrui
eſt ꝑ qd̄ diſponiṫ ſubiectū vt poſſit recipe
grām ſm rōnē diuine iuſticie. Iſtud vocaṫ
diſpoſitio materie: ſcꝫ qñ quis facit qd̄ in
ſe eſt. Meritū digni dicit ydoneitatē ope-
rantis ad aſſequēdū id quod mereṫ. Me-
ritum cōdigni dicit equalitatē meriti ad
rememorationē. dico aūt equalitatē non
ariſmeticā ſeu geometriā. i. nō ꝙ̄titatis: ſꝫ
ꝓportionis. ⁊ illud patet: q: deus ſemper
remunerat ſuꝑ meritū ſicut punit circa cō
dignū. vñ nō eſt inter ꝑmiū ⁊ meritū equa
lis ꝙ̄titas ſed ꝓportio: q: apud deū nō eſt
iuſticia cōmutatiua cū nulli debeat aliq̄d
ſꝫ diſtributiua. vocaṫ aūt iuſticia cōmuta-
tiua iuſticia fori qua daṫ vnus panis ꝓ de
nario: vel vlna pāni ꝓ ſolido. Iuſticia vero
diſtributiua eſt ꝑncipiū quo diſtribuunṫ
dona ſm ꝓportionē ad merita ⁊ illa ē apd̄
deum. vñ apl̄us. i. ad Cor. iij. Unuſq̄ſq꜄ ca
piet mercedem ſm laborem ſuū. Tunc ve-
niendo ad ꝓpoſitū. Dicendū eſt ꝙ nullus
ſibi mereṫ primam grām merito digni vel
merito ꝯdigni. ſed tm̄modo merito ꝯgrui
Si mulier exiſtens in charitate nō pōt al-
teri mereri primā grām merito cōdigni: ſꝫ
merito digni ⁊ merito cōgrui. vñ ſi alij mo
di inueniātur ad iſtos tres ſunt reducibi-
les. Tunc ad illud quādo dicebatur ꝙ btā
virgo meruit portare xp̄m: intelligēdū eſt
cōparatiue. i. meruit potius portare. i. de-
buit ꝙ̄ alia. Itē mali dicunṫ mereri tꝑalia:
q: nullum bonū irremuneratū: ſicut nullū
malū impunitum: ſed illud dr̄ improprie
q: oꝑa in mortali facta nō ſunt directe bo
na non ſint informata charitate: tm̄ q: ta-
lia opera aliquid boni habēt dñs interpre
tatur ea vt bona ⁊ aliquid dat ꝓ eis. Item
pctōr aliqñ mereṫ grām occaſionaliter: q:
pauperes interdū obtinent benefactoribꝰ
grām ſuis precibus: quarū precū occaſio

UVA. BHSC. IyR_242

fuerunt elemoſyne: tñ ſatis improprie ſu-
mitur meritũ qñ dicit. Felix culpa q̄ talez
meruit habere redēptorez: quia ibi nõ po
nitur meruit ꝓ exigebat: Quis nullus ſibi
mereatur primã grãm: ſicut dictũ eſt: põt
tñ peccator ſe habilitare ad grãm faciēdo
qđ eſt in ſe: q: nulli taliũ grã denegat hoc
aũt nõ eſt ex merito digni vel cõdigni ſed
congrui. Hec congruitas multomagis eſt
ex parte bonitatis dei grãm cõferentis ꝙ
ex parte hoĩs ſe ad grãm habilitantis: q:
in ꝑparatione ad grãm ⁊ etiã in infuſione
grẽ h; ſe aĩa admodũ materie ip̄e xp̄o de⁹
ſicut primũ mouens ⁊ efficiens. Alia rõne
p; ꝙ illa congruitas eſt magis a deo ꝙ ab
hoĩe quia habilitatio q̄ eſt ex parte hoĩs
ſolũmodo dat locũ diuine miẽ ꝙ ſalua iu-
ſticia poſſit alicui conferri grã: q: iniuria
fieret diuine iuſticie ſi tali daret grã ĩ quo
eſſet adhuc obex grẽ ſc; peccandi volũtas
Sufficiens igitur habitatio ad grãm eſt
ſi homo facit quod in ſe eſt. Facere aũt qđ
in ſe eſt tria cõplectit. ſ. vt homo actuz pec
candi ⁊ volũtatẽ deſerat ⁊ conetur in bonũ
vt eſt ſibi poſſibile. Omne eñ meritum et
demeritum acquiritur in hacvita. Itẽ non
bonum facere ſed bene facere laudabile
eſt: non enim verbis ſed aduerbijs mere-
mur. Opa meritoria totaliter ſũt a libero
arbi. ſed ꝑncipalis a gratia: q: gratia opa
tur ad lib. ar. ſicut ꝯſeſſor equi dirigit equũ
ita gratia dirigit lib. ar. in exercitatio xp̄u
tum: ꝑ nos eñ malũ facere poſſumus: ſed
nõ bonum. ad efficaciã merendi tria valẽt
primũ eſt difficultas oꝑis qđ p; in marty-
rio. ſcđo promptitudo volũtatis. vñ Apl̄s
ij. ad Cor. ix. Hylarem datorẽ diligit deus
tertiũ magnitudo charitatis: ip̄a eñ cha-
ritas eſt põd⁹ ſanctuarij ſm qđ oĩa q̄ in tẽ
plo erãt ponderabant. Itẽ ad hoc ꝙ aliqđ
opus ſit meritoriũ tria requirũtur. primũ
ꝙ ip̄m opus fiat ĩ charitate: q: opera que
fiunt extra charitatem mortua ſunt ſicut
carbo extinct⁹ ſm ꝙ fiat ex charitate: mul
ta enim fiunt in charitate que tamen non
ſunt meritoria ex eo ꝙ non fiunt ex chari-
tate: id eſt non fiunt ad finẽ debitũ. tertiũ
eſt ꝙ ip̄m opus ſit referibile ad deum hoc
iđ dico q: mala nõ pñt bona intẽtione fie
ri. alioquin ſequeret abſurditas. ſc; ꝙ idẽ
opus eſſet meritoriũ ⁊ demeritoriũ. Ex pte
eñ hoĩs in merito tria attendũtur: ſcilicet
ſubiectum quod eſt in aĩa lib. ar. intentio
ſiue finis. His reſpondẽt tria ex parte dei

ſc; gratia virtus: ⁊ charitas. Gratia enim
reddit ſubiectum deo gratum virtus habi
litat lib. ar. Charitas intẽtionẽ dirigit ad
finẽ debitũ. Breuiter dicẽdũ eſt ꝙ nõ mere
mur ſiue đmeremur ſine vſu rõis ⁊ lib. ar.
Dicit eĩ phs. Natura neq; boni neq; mali
ſum⁹ iuiti q: dicit. b. Aug. Nemo iuit⁹ bñfa
cit: ⁊ ſi bonũ eſt quod facit quicquid enim
non h; vſum rõnis ⁊ lib. ar. in eo nõ eſt me
ritu; vel demeritũ: ſicut ſunt infantes dor
mientes inſani ⁊ animalia bruta: q: meri-
tum vel demeritum circa finem actionum
attenditur: ideo nota regulas de illa ma-
teria. Ex fine đr actus bonus ⁊ malus: ma
lus actus non fit ex fine bonus. vna inten
tio multos actus informat vt ſi aliquis in-
tendat dare vnũ ſolidũ ꝓ deo: ita ꝙ quoti
die vnũ denariũ dat. ſi qñq; ſui obliuiſcit ⁊
nõ refert donationem alicuius vel aliquo
rum denariorum tñ donatio eſt meritoria
ꝓpter primã intentionẽ finem ſub fine po
terit quis ponere. Vbigratia. Aliquis intẽ
dit ire ad forũ. ⁊ hoc intendit vt emat me-
dicinas ad hoc emit eas vt curetur ab in-
firmitate: ⁊ ad hoc curari deſiderat vt deo
melius ſeruiat: ꝑcedentes volũtates ſunt
omnes meritorie ꝓpter iſtam vltimam. iđ
ſm vltimũ finẽ oẽs ꝑcedentes voluntates
iudicantur bone vel male. tñ diuerſi fines
nõ ſunt faciendi quoꝝ vnus nõ ſit ad aliu;
referibilis. verbigrã. Aliquis intendit ire
ad domũ ⁊ ad hoc vadit vt luxurietur ad
hoc vult luxuriari vt ſanior ſit: ad hoc vult
eſſe ſanus vt deo ſuiat. Iſte finis vltimus
illam volũtatẽ q̄ eſt luxuriari nõ informat
ſed potius deformat: q: vna intentio ꝑuer
ſa difformat plres volũtates. No. ꝙ actio
carnalis poteſt ferri ad finem temporale;
dummodo poſtmodum referatur ad deũ
Actio autem ſpiritualis vt predicatio non
poteſt referri ad finem temporalem. etia;
ſi illud temporalem referatur ad deum. Et
hoc eſt quod dicit Auguſt. Debemus man
ducare vt euangelizemus: non euangeliza
re vt manducemus. Si autem in actioni-
bus finis proximus ponatur deus: ⁊ finis
vltimus temporale peruertiſſimum eſt.
Bene autem licet conſtituere duos fines:
ſcilicet temporalis. vt ſit primus ⁊ eternũ
vt ſit finis vltimus. Opera bona merito-
ria tria ſunt: ſcilicet vite eterne: augmen-
ti gratie: ⁊ remiſſiõis pene. Primum ſcilicet
premium ſubſtãtiale vite eterne reſpõdet
radici oꝑis. ſ. charitati. premium acciden-

UVA. BHSC. IyR_242

tale reſpōdet generi opis: ſicut eſt augmē tū grē: qꝛ opibus excellētib⁹ ꝛ opib⁹ ſuper erogationis meremur magis augmētum gratie ꝙ aliis opibus. Remiſſio aūt pene rñdet penalitati opis. Nā opa que magis ſunt ꝛ ſūt meritoria remiſſiōis pene. Nota igitur ꝙ licet tota vis merendi vitā eternā ꝛ etiam alia cōſiſtat in charitate: nō tū totus effectus: qꝛ merēdi effect⁹ cōſiſtit etiā penes magnitudinē opis: ſicut patet i merito remiſſiōis pene quod non ſolū ꝯſiſtit in charitate ſed etiam in operibus penalibus. Et huius exemplū habemus in xpo qui meruit nobis aptionē ianue paradiſi cum effectu. Hoc aūt meritum nō erat ſolū in charitate: ſꝫ in charitate ꝛ excellētia opis. i. i ſua paſſiōe ꝛc. Uirtutes ſm Macrobium qñꝙ dicuntur pollitice: qñꝙ purgatorie: qñꝙ purgati animi: qñꝙ exēplares. Pollitice dicūtur ſm ꝙ regunt vitā humanā quo ad opa exteriora ꝛ ſm ꝙ pugnant cōtra vicia. Purgatorie dicūtur ſm ꝙ ſunt iam i victoria viciorū: ꝛ reſpiciūt partim interiora ꝛ partim exteriora. Purgati animi dicunt quando iam deuictis viciis poſſeſſor virtutū quieſcit raro inſurgētibus motibus primis. Exēplares ſunt ſeu dicūtur que in mente diuina cōſiſtunt. Nam ydee ꝟtutum in deo ſunt: ꝛ ipe deus oīm rerū eſt exēplar. ¶ Breuiter circa ꝟtutes eſt notādum ꝙ ſunt ſeptē. tres theologice: ſcꝫ fides: ſpes: ꝛ charitas. ꝛ qttuor cardinales. ſcꝫ tēperantia: fortitudo: prudentia: ꝛ iuſticia. Et lꝫ ꝟtutes ſint gratuite ꝑ informātē grām: poſſunt aūt informes fieri ꝑ culpā: et iterum informari ꝑ pniām adueniente grā q̄ eſt habituū origo finis et forma. De hac lege ſola charitas excipit q̄ informis eſt non poterit ſicut cetere virtutes cū ipa ſit virtutū forma. Nā cum habitus aliarū virtutū habētur ſine grā ꝛ charitate in q̄bus conſiſtit vita virtutum: tunc ſunt informes. Cum aūt grā ſupuenerit tūc formantur ꝛ decorant ac deo fiunt acceptabiles. vnde virtutes formate ſunt ſicut colores in luce. informes ſunt ſicut colores in tenebris Item differentia eſt inter ꝟtutes dona precepta fructus ꝛ beatitudines: qꝛ virtutes potētias diſponūt. precepta opa reſpiciūt. in dona operibus facultatē addūt fructus guſtui ſaporē ſpūalem apponunt beatitudines premiū ſumme patrie cōiungunt ꝛc. Differētia virtutū theologicarū ꝛ cardinaliū hec eſt: quia virtutes theologice mouent in finem ꝛ ordinant aīam ad finem ſupmū. Cardinales mouent circa ea que ſunt ad finem. Alia differentia eſt: qꝛ virtutum theologicarū finis eſt deus ꝛ non obiectum ꝓprie. Item virtutes theologice habentur per infuſionē: cardinales ꝑ acqſitionē. Item virtutes theologice attēduntur ꝙtum ad actus interiores: cardinales ꝙtum ad opera exteriora. Item virtutes theologice nō habētur ſine donis: cardinales vero ſine donis haberi poſſunt. Item virtutes theologice ſunt directiue actuū in deū: cardinales vo ſunt directiue actuū in primum. Itē in theologicis ſic eſt ꝙ habitus generat actus ꝛc. ſic aūt nō eſt in cardinalibus. Anima ꝙtum ad partem ſuperiorem in qua conſiſtit ymago trinitatis rectificari habet per tres virtutes theologicas. vnde ſicut ymago trinitatis cōſiſtit in trinitatem pſonarū ꝛ veritate eſſentie: ſic ymago recreatiōis cōſiſtit in trinitate habituum cum veritate grē. Per hos autem tres habitus ꝟtutū anima fert in ſummā trinitatē ſm tria appropriata tribus pſonis. Item ꝙ fides dirigit in ſumme verum credendo ꝛ aſſentiēdo. Spes vero in ſumme arduum imitando ꝛ expectādo. Charitas autem in ſumme bonū deſiderando ꝛ amando. Uirtutes theologice differūt inter ſe multipłr. Primo ſm actus proprios Nā fides facit deo aſſentire: ſpes deo confiderare: charitas facit deum diligere. Secundo differūt rōne ſubiecti. Nam fides ē in rōnali: ſpes in iraſcibili: charitas in concupiſcibili: ꝛ ambe ſunt i volūtate q̄ ꝓpter ſilitudinē actuū accipit nomē harū potētiarum. Tertio dīnt rōne obiecti. nā fides eſt circa verū: ſpes circa arduū: charitas circa bonū. Quarto rōne effect⁹. nā fides in pñti dū ſequit: ſpes vſꝙ in celū cōmittat: charitas perēniter amplexat. Quinto differūt rōne finis: qꝛ ꝑ fidē cognoſcit deus vt veritas: ꝑ ſpem habet vt eternitas: ꝑ charitatē diligit vt bonitas. Fide cognoſcim⁹ ſupremū finē ſiue ſummū bonū eſſe bonū ſe cōicans: ex qua cognitione due affectiones oriūtur. ſ. ſpes ex eo ꝙ cognoſcit liberaliſſimus bona ſua cōicando: ꝛ deſideriū ex eo ꝙ cognoſcit eſſe bonū q̄ nihil melius pōt deſiderari. Uita enī hoīs abſꝙ lumie fidei vacua eſt ꝛ neſciēs quo tendat. Johānis. xii. ca. Qui ambulat in tenebris neſcit quo vadat.

¶ Sequitur de fide.

UVA. BHSC. IyR_242

VEra fides credit q̃ nõ
videt his ꝛ obedit.
De qua preſcripſi cur
his pl' nõ tibi ſcripſi.

IN iſta parte auctoꝛ
noſter determinat de vna
quaqꝫ ꝟtutum in ſpeciali.
Et primo de fide aliqualr
ſe excuſando ex eo ꝙ in p̃n-
cipio iſtius libri de ea ſuffi-
cienter tractauit:tamen ne videret nimis
crude reſilire materiã: intendit de fide ali
qua'dicere que ꝓpter iſtum textũ omiſi in
p̃ncipio libri declarare. Et primo ꝙ fides ẽ
ſubſtãtia reꝝ ſperandaꝝ argumentũ non
apparentium ꝛc. ad Heb. xi. Augu. ſic diffi
nit. Fides eſt illuminatio mẽtis ad ſummã
veritatem:ꝛ ideo lux infuſa deſuꝑ eſt prin
cipalis cauſa ꝙ intellectus conſentiat fir-
me in ea que ſunt fidei. vnde glo. ſuꝑ illud
Math. ix. Credo dñe adiuua credulitatẽ
meã ꝛc. dicit credulitas noſtra infirma eſt
niſi ſit innixa dei adiutorio. Fides dr mul-
tipliciter. vno modo habitus informatus
charitate illuminans mentem ad creden-
dum. Act. ij. Fide purificans corda eorum
Fides alio modo eſt q̃litas informis. Jac.
ij. Fides ſine operibus mortua eſt. ꝛ.i. ad
Coꝝ. xiij. Alio modo idẽ eſt qđ mot' fidei.
Augu. Fides eſt credere quod non vides.
Alio modo idem eſt ꝙ facultas reddendi.
Math. viij. Non inueni tantã fidẽ in iſrael
Alio modo idem eſt quod deuotio fedei.
Math. xv. O mulier magna eſt fides tua.
ꝛc. Nota ſm glo. ſuper illud. ij. ad Coꝝ. iij.
Nõ ꝙ ſufficientes ſimus cogitare aliquid
a nobis ꝛc. ꝙ cogitare eſt initiũ fidei aſſen
tire aũt ſumme ꝟitati ꝓpter ſe ꝛ ſuper oĩa
eſt eius cõplemẽtũ. ¶ Querit vtrũ fides
in patria euacuet. Solu. Dicendũ eſt ꝙ ſic.
vnde apl's. i. ad Coꝝ. xiij. Cũ venerit quod
ꝑfectum eſt euacuabitur quod ex parte ẽ:
ſed fides eſt ex parte cum ſit ꝑ ſpeculuꝫ in
enigmate:ergo. Sicut in alia ſcientia q̃dã
ſunt antecedentia vt ſupponens. quedam
frequẽtia vt cõcluſiones. quedam ſunt me
dia vt ꝓpõnes ꝓbantes:ita in doctrina fi-
dei. quedam ſunt ad moduꝫ ſuppoſitionũ
vt vniuerſalia que antecedũt articulos. ſ.
ꝙ ſcriptura tradita expoſita ſit inſpiratõe
ſpũſſancti ꝛ hmõi. quedam ſunt ad modũ
concluſionũ vt ea q̃ ad mores ꝑtinẽt. ſ. for-
nicationẽ eſſe mortale pctm̃ ꝛ hmõi. q̃daꝫ
ad modũ ꝓpoſitionũ: vt ſunt articuli fidei
ꝙuis eñ fides rõnib' firmet tñ nec talib'
nec experimẽto ſenſibili oꝫ q̃s credere ꝯ fidẽ
ſicut pꝫ in euchariſtia vbi ꝛ viſus ꝛ guſtus
ꝛ tactus ꝛ olofact' dicũt eẽ panẽ ꝛ vinũ: ſꝫ
fides dicit eẽ corp' ꝛ ſanguinẽ dñi. Vñ. b.
Aug. Qđ intelligim' debem' rõni: qđ cre-
dim' debem' auctoritati: qđ opinamur de
bemus errori. ¶ No. ꝙ duplex ẽ cognitio
de deo. ſ. naturalis ꝛ accñtalis. naturalis
cognitio eſt duplex. ſ. añ pctm̃ qua hõ co-
gnoſcebat apte deũ in creaturis. Itẽ poſt
pctm̃ ꝛ hoc ꝑ ſpeculũ in enigmate. Accidẽ-
talis cognitio eſt triplex. Pria ẽ acq̃ſita ꝑ
rõnes naturales quã hñt pħi ꝛ dr ſciẽtia
Scđa eſt q̃ habet teſtimonijs ſcripturarũ
ꝛ miraculoꝝ. ꝛ hec cognitio dr fides infor-
mis. Tertia cognitio eſt q̃ habet ꝑ infuſio
nẽ gratie gratũ faciẽtis: ꝛ hec dr fides for
mata ꝛ ꝑ talẽ cognitionẽ aſſentit aĩa p̃me
ꝟitati ꝓpter ſe ꝛ ſuꝑ oĩa: vñ adueniẽte ea
pereũt oẽs alie cognitiões accidẽtales ad
minus quo ad actũ cũ eñ alie cognitiões
veniũt in aĩa: tũc fides tãꝗ velocioꝛ p̃occu
pat motus oĩm: cũ eñ fides ſit de nõ ap-
parentib' ꝛ difficile ſit occulta credere ne
ceſſaria ſunt duo ad hoc vt firmiter creda
tur veritas. Primum illuſtratio veritatis
animam eleuans. Secũdũ rectificatio au
ctoritatis animã firmãs. Quorũ primum
eſt per fidem. ſecundũ per ſcripturã autẽ-
ticam ꝛ ꝑ ſpm̃ſanctũ editã. Auctoritas er-
go prebet fulcimentũ fidei. ꝛ fides aſſen-
tit auctoritati: vtrumqꝫ enim per xp̃m eſt
ꝓpter quod ꝛ ſplendoꝛ ꝛ verbũ dicitur qꝛ
mentem per fidẽ illuminat: ꝛ ꝟitatẽ ꝑ do-
ctrinam oſtendit fundamentũ fidei edifi-
cant quidam aurũ contemplationis: qꝛ q̃
contemplatur ſine fide quaſi qui nititur
videre ſolem ſine oculis quidam argẽtuꝫ
predicationis quia qui predicat ſine fide
non loquit fidelẽ ſermonẽ ꝛc. Quidã lapi-
des precioſos bonoꝝ operũ: quia qui ope
ratur bonũ ſine fide eſt: ſicut qui facit ſtri
cturã ſuper arenã. quidã edificat ligna. ſ.
amoreꝫ ardẽtiorẽ temporaliũ. Alij fenũ. i.
fimũ delectationũ carnaliũ. Alij ſtipulam
ſcilicet ocioſoꝝ verborũ ꝛ operũ infirmo-
rum. Fides enim habet quoſdam effect'
eſſentiales ꝛ p̃ncipales: vt eſt filios dei fa
cere fil'es deo ꝛ purgare aĩam a tenebris
peccati ſiue infidelitatis. ꝛ iſti effect' ſunt
a deo. Alios habet effectus volũtarios et

UVA. BHSC. IyR_242

ſecūdarios:vt eſt credere ⁊ dirigere opa
aliarꝫ ꝟtutū.⁊ imperare oībus ſuo modo:⁊
iſti effectus ſunt a libero arbitrio.

¶ Sequitur de ſpe.

Eternam ſpectat vitā
ſpes et meritis ſtat
In dn̄o fixa ſecus ē
preſumptio dicta.
Spernit terrena ſpes celi ſperat
amena.
Egris ſolamen tribulatis dare re
leuamen.
Non in diuitijs proprijs ſperes
vel amicis.
In domino ſpera que donat gau
dia vera.
Qui vult prodeſſe ſperanti neſcit
abeſſe.
Debet quiſq̄ fore cum ſpe ſimul
atq̄ timore.
Ut nō diffidat peccans nimium
neq̄ fidat.

In iſta pte auc. noſter
determinat de ſpe. ¶ Pro
cuius declaratione eſt pre
mittendū ꝙ ſm magi. ſen.
Spes eſt certa expectatio
future beatitudinis ex dei
gratia ⁊ meritis pprijs pueniēs. ⁊ ſumit
hic ſpes ſm ſummā virtutum ꝓ motu vir
tutis. In hac diffinitione nō ſumit certitu
do demōſtratiōis in q̄ plene vni pfecti cō
ſentit:ſed certitudo opinionis qua vni pri
pſentitur:qꝛ rōne pbari videt nec tn̄ oīno
ſed cū formidine. Huius autē expectatōis
cauſa principalis eſt dei grā ⁊ nō nr̄a me
rita:qꝛ opera noſtra nō ſunt meritoria ni
ſi ex dei gratia ſine meritis tn̄ ſperare ali
quid nō ē ſpes ſicut dicit Gre. ſꝫ pſumptio.
Item in predicta diffinitione diffinit mot9
ſpei ⁊ nō ꝟtus. Uirtus eñ ſpei ſic diffinit.
Spes eſt audacia mentis de largitate dei
concepta habendi vitā eternā p bona me
rita. Item ſuper vocabulo certa expecta
tio ⁊c. Eſt notā. ꝙ eſt q̄dā certitudo cogni
tionis q̄ opponitur dubitationi. ⁊ hec pti
net ad finē. Alia eſt certitudo fiducie q̄ op
ponitur deſperationi ⁊ hec ptinet ad ſpeꝫ
⁊ eſt certitudo ſecuritatis q̄ opponit timo
ri. Et hec erit in pria ſm btm̄ Aug. in ſum
ma virtutū. Inter fidē ⁊ ſpem eſt differen
tia:qꝛ fides eſt de pteritis ⁊ futuris ſpes
autem de futuris tm̄. Fides eſt de bonis ⁊
de malis:ſpes aūt de bonis tm̄ conuenit
tamen in hoc ꝙ tā ſpes ⁊ fides ſunt de inui
ſibilibus. Itē certitudo ſpei ex tribus orit
ſcꝫ ex diuina largitate ex abundantia me
ritorꝫ ⁊ ex preguſtatiōe eternorum. Spes
eñ eorū qui ſunt in purgatorio ⁊ q̄ fuerūt
in lymbo eſt cū certitudine ſcie. vnde decli
nant aliquo modo a ſpe ꝓpe dicta. Spes
enim que fuit in ſtephano quādo vidit ce
los apertos:⁊ que fuit in Paulo qñ dixit
ſcio cui credidi:⁊ que fuit in Adā ante pctm̄
fuit cum certitudine viſionis: tamen ſatis
debiliores ꝙ in celo. Und̄ ſpes ſic ſumpta
adhuc eſt minus ꝓprie dicta. Ex premiſſis
patet ꝙ in patria non eſt ſpes. quia beati
tudo eſt omniū bonorum ſimul tota poſ
ſeſſio. vnde ibi nihil eſt futurꝫ qd̄ ſperet lꝫ
ſanctis futura ſit adhuc reſurrectio cor
porum ſm rem:tamen preſens eſt eis ſm
cognitionē. Spes enim ſic futurū reſpicit
ꝙ priuat tā pſentiā rei ꝙ cognitionis put
ſpes ꝓprie ſumit. Spes enim eſt duplex
ſcꝫ ſuffragij ⁊ prime auctoritas. Prima po
nenda eſt in ſanctis. ſcd̄a in ſolo deo ⁊ hec
eſt triplex ſcꝫ venie. iuxta illud. In te dn̄e
ſperaui nō ꝯfundar in eternū. Alia eſt gra
tie. vñ ps. Sperantem autē in domino mi
ſericordia circūdabit. Alia glorie. Prouer.
xvi. Qui ſperat in dn̄o beatus eſt. et eidꝫ
Eſaie. xxx. Effectus ſpei eſt multiplex a tri
bulatiōe liberat. Pſal. In te ſperauerunt
patres noſtri ⁊ liberaſti eos. Exemplum
de ſuſanna ⁊ Daniele. Dañ. xiij. ⁊ vlt. Spes
confortat. Joſue. i. c. Cofortare ⁊ eſto robu
ſtus ⁊c. mentē eleuat:qui ſperant dn̄o mu
tabunt fortitudinem aſſument pennas a
quile current et non laborabunt: ambula
bunt ⁊ nō deficiēt. Eſa. xl. ſpes ſaluat. ps.
Qui ſaluos facis ſperantes in te. ⁊ Pro
uerbio. xxviij. Qui ſperat in domino ſalua
bitur. ⁊ ad Roñ. ix. Spe enim ſalui facti
ſum9. Spes tpalia miniſtrat. Pſal. Oculi
omniū ſperant in te dn̄e ⁊ tu das illis eſcā
in tempore oportuno. Itē ſpes hoſtes con
fundit. Johan. vi. Confuſi ſunt quia ſpera
ui. Item ſpes preſtat ſecuritatē. ps. In deo
ſperaui non timebo quid faciat mihi hō.

UVA. BHSC. IyR_242

¶ Queritur vtrũ ſpes euacuet in gloria. Solu. Dicēdũ eſt ꝙ ſic ad Rom̄.viij. Spes autẽ que videt nõ eſt ſpes. glo. res ſeparata q̄ videt nõ ē ſpes. Et ſi obijciat illd Sap̄. iij. Spes illoꝝ imortalitate plena eſt. i. indeficiētia. Solu. Spes capit ibi ꝓ re ſeparata. ¶ Nota ꝙ plura aduerſant ſpei. Unum diffidentia de deo ſiue deſperatiõe. De tali deſperatiõe habemus exemplũ in Juda ꝛ cayn ꝛ plures alij. Deſperatio enĩ reddit hoiem infelicem. vnde Eccl.xiiij. Felix qui nõ habuit animi triſticiã ꝛ excidit a ſpe ꝛc. Aliud eſt ꝯfidētia in creatura q̄ eſt triplex Prima eſt preſumptio ſiue confidentia de ſe. Secunda confidentia in hoie. Tertia cõfidentia in re inferiore hoie: vt in diuitijs. De prima dr̄ Prouerb.xxviij. Qui confidit in corde ſuo ſtultus eſt. i. vere ſtultus eſt homo de ſe preſumēs cum homo ex ſe nõ ſufficiat: neq̄ ad ſuſtinendum neq̄ ad bene viuendũ. Ad ſuſtinendum primo homo nõ eſt ſufficens. quia ſm̄ Grego. Eſſe oĩm de nihilo ſuũ in nihilũ tēderet niſi ea oĩm auctor manu regiminis retineret. Itẽ hõ non eſt ſufficiens defendere ſe ab hoſtibꝰ imo a demonibꝰ cito perimeret: niſi a dño ꝓtegeretur. Threñ.iij. Miſericordia dñi ꝙ non ſumus conſumpti. ꝛ Bern̄. Si boni ſp̄s ſe a nobis elõgauerint impetũ maloꝝ ſpirituũ quis poterit ſuſtinere. Itẽ ad bene viuendũ ſi homo eſt inſufficiens primo qꝛ non ſufficit ex ſe bonã vitã inchoare. ij. ad Coꝛ.iij. Non ꝙ ſufficiētes ſumus aliq̄d ex nobis quaſi a nobis cogitare cogitatio primũ opus eſſe videtur. põt homo ꝑ peccatum ſe occidere: ſed nõ põt ſe occiſum ſuſcitare. Sap̄.xvi. Homo ꝑ maliciã occidit aĩam ſuã. Oſee.xiij. Perditio tua iſrael tñ modo ex me auxilium tuũ. Secũdo hõ eſt inſufficiens in bono inchoato ꝑſeuerare. Greg. Cito bonũ amittit niſi a largiēte cuſtodiat. Tertio homo eſt inſufficiēs in bono inchoato ꝑficere. Ber. ſuꝑ illud Cañ.i. Trahe me poſt te dicit in ꝑſona eccl'ie dñe ſcio me nequaq̄ poſſe peruenire ad te niſi gradiendo poſt te: ſed nec hoc quidẽ niſi adiuuar a te. Homo ꝑſumēs de ſe eſt maledictus. Eſa. Ue qui ſapiētes eſtis in oculis veſtris. De ſecunda confidentia que in homine fallax. Hieremi.ix. Unuſquiſq̄ a primo ſuo ſe cuſtodiat ꝛ in om̄i fratre ſuo fiduciam non habeat talibus enim infert maledictio. Hier.xvij. Maledictus homo qui confidit in homine. ꝛ Eſaie.xxxvij. Ue qui deſcendunt in egyptũ ad auxilium ꝛc. ꝛ non ſunt confuſi ſuper ſanctum iſrael: ꝛ dominum non exquiſierunt. ꝛ p̄s. Nolite confidere in principibus neq̄ in filijs hominum. De tertia cõfidentia que eſt in rebus inferioribus in homine. Dicendũ eſt ꝙ eſt nimis periculoſa. Prouer.xi. Qui cõfidit in diuitijs ſuis corruet. ꝛ Eccl'i.xxxi. Beatus diues qui non ſperauit in pecunie theſauris. fatuus ē q̄ in his rebus trãſitorijs vult ſibi capere ſecuritatē: quia ipſam non habent. Eſaie.xxviij. capit. Poſuimus mendacium ſpem noſtram ꝛ mendacio ꝓtecti ſumus. De hoc habetur exemplum. i. Regum.xvij. capit. De Golya qui confidebat in haſta clypeo ꝛ gladio qui promittebant ei victoriam: ꝛ de Dauid qui confidebat in domino ꝛc.

¶ Sequitur de charitate.

VErus amoꝛ dictꝰ eſt
vere maxima virtus.
Qua fit homo gratꝰ
dño tandēq̄ beatus
Conſtat amoꝛ plenus virtutibus
alter egenus.
Nullus habet floꝛem meriti niſi
ſit per amoꝛem.
Ordo ſeruetur vt primo deus ꝑametur.
Poſtea dilige te ſuper omnia ſed
magna mente
Proximus eſt hinc plus peramēdus iuſtus amicus.
Poſtea vult dominus vt ametur
ſic inimicus.
Iniq̄tum bonus eſt ꝛ homo ſꝫ nõ
vt iniquus.
Poſt coꝛpus pꝛopꝛium peramet ꝛ
hinc alienum.
Dilige ſic homines ꝛ eoꝛum crimina vites.
Ut culpas odias hominis non
qui facit ipſas.

UVA. BHSC. IyR_242

Ista littera diuidit in tres partes principales In prima oſtendit quid ſit charitas. In ſecūda parte oſtendit differentiaʒ inter charitatem ⁊ alios amores. In tertia pte oſtendit de ordine charitatis. prima in pn cipio. ſecunda ibi. Conſtat amor plenus. tertia ibi. Ordo ſuetur. In prima pte dicit auctor noſter ꝙ charitas ẜm Apo. i. Thim. Primo eſt finis precepti de corde puro et conſcientia bona ⁊ fide nō ficta: ⁊ ſumitur hic finis ꝯſummationis: q꞉ charitas eſt cō ſummatio ſiue perfectio omnis precepti. Poteſt etiam dici finis terminationis pre ceptorum: quia omnia opera que ſunt in precepto tendunt ad charitatem: vt magis ac magis habeant. Charitas d꞉ bone ope rationis principiū: q꞉ mouet ad illud Grego. Charitas opatur magna ſi ē charitas d꞉ medium: quia opera informat. charitas d꞉ finis: quia opera dirigit ad finem debi tum perducit. Pro quo eſt notandum ꝙ charitas d꞉ finis conſumptionis: q꞉ pecca ta conſumit cōſummationis: q꞉ charitas eſt finis preceptoꝝ: quia illa perficit chari tas eſt finis terminationis quia tam vita eterna ꝙ ipſe deus eſt finis noſtri laboris vnde vita eterna d꞉ eſſe terminus ꝙ quie ſcitur. Deus vero terminus in quo quieſci tur. Item charitas d꞉ forma ꝟtutum mul tipliciter. vno modo q꞉ mouet omnes vir tutes ad opa exteriora p que efficiunt vir tutes ⁊ merent augeri. Scd'o modo d꞉ for ma virtutum: q꞉ omnes ꝟtutes mouēt ad finem charitatis. ſ. ad bonū. Charitas aūt habet bonū p fine ⁊ p obiecto. Alie auteʒ virtutes habent bonū non pro obiecto: ſʒ p fine tm̄: ⁊ ille finis virtutum pfectioneʒ denotat. Tertio modo charitas d꞉ forma virtutuʒ. quia augmentat virtutū dilectio nem: tollit faſtidiuʒ ⁊ alleuat onera ꝓpter eius deſiderium. Quarto modo quia com plet aīam ⁊ pficit non quidem eſſe nature ſed in eſſe gratuito ⁊ meritorio ⁊c. De ex cellentia charitatis eſt notandum ꝙ excel lit alias virtutes in multis. Primo in dei conformitatione. Joh. iiij. Diligamus deū qm̄ ipſe dilexit prior nos. Scd'o in ſpeciali dignitate. vn̄ Rich. Charitas eſt regula ꝟ tutum. Item oſtenditur eius excellentia i ſupportatione laboris. Augu. Omnia gra uia ⁊ imania leuia facit amor. Item excel lit in vigoroſitate. Cāt. vlti. Fortis vt mors eſt dilectio. excellit in vtilitate. Aug. Habe charitatē ⁊ fac quicquid vis. ⁊. i. Cor. xiij. Si linguis hoīm loquar ⁊c. Charitatē aūt non habeā nihil mihi ꝓdeſt. ⁊ Roma. viij. Scimus qm̄ diligentibus deum omnia co operantur in bonum. Item in dulcedine ⁊ dilectione: quia charitas ẜm actum ſuum facit delectari nos in deo: non ſolum in pa tria: ſed etiam in via ⁊c. De corde puro po nitur ꝓ intellectu ⁊ ſumitur hic intellect9 ꝓ actu intelligendi ẜm ꝙ cauſatur motus charitatis. Quanto eīn quis deum intelli git magis tātomagis ipm̄ diligit niſi aliū de impediatur: ⁊ ita iſta ꝓpoſitio denotat cauſam efficientem: conſcientia bona poni tur ꝓ ſpe: quia qui purā hʒ conſciam ſecu re ſperat ⁊ fide nō ficta ponitur ꝓ ſimula ta vel non fragili: ſed inter aduerſa forti. Proſper in libro de vita cōtemplatiua de ſcribit charitateʒ ſic. Charitas eſt vt mihi videtur recta voluntas ab omnibus terre nis prorſus aduerſa iuncta deo inſepara biliter: ⁊ ignata quodam igne ſpūſſancti a quo eſt ⁊ ad quem refertur intenſe. oīnis inquinamēti extranea corruptiōis neſcia nulli vitio mutabilitatis obnexa: ſupra omnia que carnaliter diliguntur excelſat affectionum oīm potiſſima diuine ꝯtēpla tionis auida in omnibus ſemper iniuncta ſumma actionū bonorum ſalus morum fi nis celeſtium preceptoꝝ mors criminū. vi ta virtutum virtus pugnantium palma vi ctorum. ſanctaꝝ mentium arma cauſa bo norum meritorum premiū perfectoꝝ: ſine qua nullus deo placuit cum qua non po tuit aliquis peccare fructuoſa in peniten tibus: leta in ꝓficientibus: glorioſa in pſe uerantibus: victorioſa in martyribus: ope roſa in omnibus fidelibus ex qua quicq̄d eſt boni operis viget. Charitas ẜm magr̄ ſen. in. iiij. q̄tum ad actuʒ diffinitur ſic. eſt dilectio qua diligitur de9 ꝓpter ſe ⁊ p̄xim9 ꝓpter deum ⁊ in deo. ¶ Queritur vtruʒ motus charitatis ſit prior in deum ꝙ in p ximum. Solu. ẜm Bona. Motus charita tis in deum prior eſt dignitate et origine. Charitas eīn facit deuʒ diligi ꝓpter ſe ⁊ p ximum ꝓpter deum. vnde d꞉ Math. xxij. Diliges dn̄m deum tuum ⁊c. ſequitur hoc eſt maximum ⁊ primum mandatum ſecun dum ſimile eſt huic. ſ. diliges p̄ximum tuū ſicut teipm̄. Motus aūt dilectōis in p̄xi mū prior eſt in exercitatiōe ſeu executiōe.

UVA. BHSC. IyR_242

Qui eñi vult perfectus dei amator eſſe pꝰ-
us debet exercere in amore ꝓximi: vnde .i.
Jo.iiij. Qui fratrē ſuū quē videt nō diligit
quō pōt diligere deū quē nō videt. ¶ Seq̄-
tur ſecūda pars ibi Cōſtat amor plenꝰ. vbi
ſibi auxilium ꝑbere ⁊ ad patriam venire.
¶ Querit̄ vbi ſit purgatoriū. So.Dicēduꝫ
eſt ꝙ vnus eſt infernus dānatoꝝ in quo ē
pena ſenſus ⁊ pena dāni. Supra illum eſt
lymbus puerorū q̄ deceſſerūt ſine baptiſ
mo: ⁊ ibi eſt pena dāni ⁊ nō ſenſus.Super
hūc lymbū eſt purgatoriū in quo eſt pena
ſenſus ⁊ dāni ad tēpus ⁊ ſūt ibi tenebre ex
teriores ⁊ nō interiores:q: grām hūt. Su
premus locus eſt lymbus ſctōrum patrū:
vbi fuit pena dāni ⁊ nō ſenſus: ⁊ ibi fuerūt
tenebre exteriores ⁊ nō interiores:q: non
ꝑuabātur grā ⁊ ad hūc locū deſcēdit xp̄s.
Tn̄ ſm diſpenſationē ſpālem purgātur aīe
in diuerſis locis in quibus peccauerūt: et
hoc ſit ꝓpter aliquā ſuā releuationē ꝑ ſuf
fragia eorū q̄b⁹ apparēt i illis locis:vel ēt
ꝓpter aliquā viuentiū edificationē vt pōt
videri in legenda aurea.Et ſi q̄rat̄ vtrū ſit
idē ignis infernalis ⁊ purgatorius.Rn̄det
idē Greg.ꝙ idē eſt ignis quo electus pur
gatur ⁊ reprobus dānat̄: ſꝫ in purgatorio
eſt certitudo ſaluationis.in inferno auteꝫ
nulla redēptio.nec eſt aliqua ſpes ſalua
tionis.¶ Querit̄ vtrū in purgatorio ſit mi
nor certitudo dei glīa ꝙ̄ in via.So.Omiſ
ſis alijs opinionib⁹ dicēdū eſt ꝙ in purga
torio eſt certitudo expectatiōis ⁊ euacua
tio timoris:q: ſic ſe ſciūt peccare nō poſſe
In via vero eſt certitudo mixta timori: q:
quilibet labi pōt dū eſt viator. In pr̄ia eſt
certitudo tētatōis euacuās timorē ⁊ expe
ctatiōeꝫ ſm Bon.¶ Sequit̄ ſcd̄a ps ibi.Do
nec purgat⁹ ⁊c.vbi auctor oſtēdit ꝙ aīe in
purgatorio detinebūtur quouſcꝫ fuerint
reducte ad illā innocētiā ⁊ puritatē in qua
erāt imediate poſt baptiſmū.Oportet em̄

priuſꝙ̄ dei facies videat̄ ꝙ lignū fenū ⁊ ſti
pula.i.maiora mediocria ⁊ minima venia
lia ⁊c.ꝑ crematōeꝫ ꝯſumāt̄ totalr̄.Deinde
poſtꝙ̄ aīe ſufficiēter in igne fuerīt purga
te ſtatim euolāt ad glīam.Et hoc pōt ꝓba
ri multiplici rōne.Pr̄ia q: poſt purgatōeꝫ
nulla remanet i aīa diſſilitudo ad glīaꝫ.iō
illi merito debet iungi. Secunda ratione
q: ianua celi ſemꝑ illis eſt aꝑta qui obſta
culū nullū habēt. Tertia rōne:q: neceſſe ē
illos ſpūs in q̄bus eſt charitas ſurſum ele
uans ⁊ nihil oīno retardās ad glīaꝫ eleua
ri.Quarta rōne: q: cū de⁹ ſit ꝓnior ad mi
ſerandū quā ad puniendū merito dꝫ purga
tos cōiungere glīe quos purgādos ſubie
cit pene ⁊ tribulatiōe.Quinta rōne:q: de⁹
nō punit bis in idipſum. Ideo cū aliq̄s ſuf
ficiēter ſatiſfecerit in penis iuncta diuina
mia nō debet amplius puniri in dilatione
premioꝝ. Sexta rōne:q: poſt purgationē
talis purgat⁹ nō dꝫ eſſe in purgatorio.h
eſt ſatis notū.Nec in lymbo: q: non eſt de
numero illoꝝ puerorū:nec in inferno q: nō
hꝫ mortale: ergo oportet ipm̄ eſſe in celo:
q: poſt mortē nō ſunt talia receptacl'a aīa
rum.Septima rōne:q: efficacior eſt chari
tas ꝙ̄ iniq̄tas: ſꝫ iniquitas ſtatim ducit ad
ſuppliciū: g̊ charitas ſtatim dꝫ ducere ad
ꝑmiū:cū iam obſtaculū ſit remotuꝫ ꝑ pur
gationē purgatorij. Octaua rōne:q: ſicut
ceſſante impedimēto grauia corpa ferunt̄
deorſum: ⁊ leuia ſurſum: ſic ſpūs maloruꝫ
remoto carnis onere ferunt̄ ſtatim ad lo
cū ſupplicioꝝ ꝓpter peccati grauitatem.
Spūs vero bonoꝝ ſi nō ſit impedimētum
alicui⁹ culpe venialis vel pene debite pro
pctīs ꝯfeſſis ſtatim ferūtur ad locū ꝑmio
rū. ¶ Querit̄ vtrū vnus añ aliū liberetur.
Solu.btūs Aug.dicit ad iſtā q̄onem ſicut
ſequit̄.poſt vitā incredibile nō ē nōnullos
fideles ꝙ̄tomagis minus de bona pereun
tia dilexerūt: tāto citius tardiuſcꝫ ſaluari.
In illo em̄ igne purgatorij citius purgat̄
vnus ꝙ̄ alius: q̄ em̄ plura dꝫ maiorē ſuſti
nebit penā.Sequit̄ tertia pars: ibi. Hos
ſupportare nos poſſum⁹ ⁊c.vbi auctor nr̄
oñdit quō ꝑ alios pōt exn̄tib⁹ in purgato
rio ſubueniri dicēs ꝙ nos viatores poſſu
mus iuuare exiſtētes in purgatorio ⁊ rele
uare a penis purgatorij vel in ꝑte vel in
toto:ſicut em̄ ſpectat ad ſeueritatē diuine
iuſticie ꝓpter venialia bonos in purgato
rio puniri.Iteꝫ ꝑtinet ad bonitatē diuine
mie eoſdē ꝑ ſuffragia poſſe releuari. Pro

UVA. BHSC. IyR_242

ſunt eſt̃ ſuffragia defunctis fidelibus nõ ad meritū vite eterne: ſꝫ ad abſolutionem pene: ⁊ hoc vel ad penaꝝ mitigationē vel ad celeriorē liberatiōes. ¶ Sequit̃ ꝑ q̄ pōt eis ſubueniri in lr̃a auctoris: ibi ꝓſunt defunctis vbi dr̃ ꝙ ꝑ miſſas: ꝑ orōnes: elemoſynas: ieiunia ⁊c. pñt releuari aīe q̄ detinētur in purgatorio vt viſum fuit in.c. de penitētia in fine. ¶ Querit̃ vtrū indulgentie papales proſint defunctis in purgatorio. So. Dicēdū eſt ꝙ ſic ſm Bonā. ⁊ cōpē. theo. Patet q2 crux dat̃ aliqñ ꝓ duabus vel tribus vel q̄ttuor aīab⁹. i. q̄ hꝫ claues theſauri eccl'ie vt ſummus pōtifex eſt ꝓ neceſſitatib⁹ eccl'ie pōt diſpēſare ſicut vult. ¶ Querit̃ vtrū papa poſſit abſoluere defunctos a pena purgatorij. Solu. Dicēdū eſt ꝙ non ꝓprie ꝑ modū iuriſditionis: ſꝫ q̄ſi ꝓ eis de cōi theſauro eccl'e ſoluit. Sicut aliter liberat creditor debitorē dn̄ a debito eū abſoluit: ⁊ aliter amicus debitoris dn̄ ꝓ eo debitū ſoluit: ſꝫ viuētes vtroqꝫ modo ſoluit papa. ¶ Querit̃ vtrū illis quib⁹ dat̃ indulgētia pñt eā alijs dare ſiue viuis ſiue defunctis. So. Dicēdū eſt ſm cōpē. theo. ꝙ nō. Pͥmo: q2 indulgētia nō eſt donū collatiuum gr̃e: ſed ꝑuatiuū pene. ꝑuatio aūt cū nihil ſit alijs cōicari nō pōt. Scđo q2 dare indulgentiā auctoritatis ⁊ iuriſditiōis eſt quaꝫ nō hñt laici. Vñ nō pñt impēdere alijs indulgētiā ꝑ auctoritatē. Sꝫ ſolūmodo boni op̄is ſui ſuffragiū ꝑ charitatē. Papa vero vtroqꝫ mō pōt. De illa materia indulgētiarū viſum fuit ſupius in fine. c. de ieiunio.

¶ Sequit̃ textus de gaudijs paradiſi.

QUi mūdus morit̃ penit⁹ mox pace potit̃
Gaudens in dñō cuꝫ ſanctis in paradiſo.
Non decet orare pro ſanctis imo rogare.
Debemus dare necnon ip̄os celebrare.
Deni ſunt celi reſerēdi ſine fideli
Luna ſtat in primo ſtat mercurius qꝫ ſecundo
Ac venus in tertio ſol vult lucere quaterno.
Mars nitet in quinto: ſꝫ iupiter ordine ſexto
Saturnus celo ſepteno ſiſtit̃ alto
Octauo celo tibi ſtellas eſſe reuelo.
Stat cryſtallinum ſuper ipſos luce ſerenum
Fulget ⁊ empyreo ſummo paradiſus olympo.
In quo ſunt iuncta ſine defectu bona cuncta.
Hic deitas trina regnat ſuper omnia digna.
Aſtat regina ſibi mater virgo benigna.
Inde hierarchia triplici ſūt agmina nona.
Dat cherubin ſeraphin thronos diſtinctio ſumma.
In medio dominans princeps ſimul atqꝫ poteſtas.
Virtutes ſubſtant archangelus angelus atqꝫ
His hoīes grati dño ſūt aſſociati
Iuxta promerita: preſente ſibi data vita
Secum laudantes: dñm ſemper ſpeculantes
Cernit amatqꝫ deuꝫ: ſanctus fruitur tenet ipſum.
Sic gaudet pſallit: laudat ſine fine quieſcit
Diues honoratus tutus liber ſatiatus.
Clarus ſubtilis agilis non poſſibilis ſit.
O q̄ ditati ſunt celi ſede beati
Semper honorati: ſumme ſunt

UVA. BHSC. IyR_242

gloꝛificati.
Ergo mundanis ⁊ rebus ſpꝛetis
quaſi vanis.
Celica poſcamus ⁊ ſurſum coꝛ te-
neamus.
Ut deus a penis pꝛotectos atqꝫ
chathenis.
Poſt mundi curſum: faciat nos
ſcandere ſurſum
Et velis optamus: ibi ſemper euꝫ
videamus.
Qui dat cuncta bona det nobis
hec pia dona.

IN iſto capitulo auct.
nr̄ deteriat d̄ gaudijs padi
ſi diuidēs ſuū ca. in. v. ptes.
In pma pte oñdit auctoꝛ q̄
ſunt illi q̄ ſcādūt ſurſum. ſ.
ad padiſum ſubdēdo ꝙ ꝓ
talib⁹ nō eſt oꝛādū. In ſcda pte enumerat
celos. In tertia pte oñdit oꝛdinē btōꝝ i ce-
lo empyreo. In q̄rta pte oñdit officia act⁹
⁊ dotes btōꝝ. In. v. pte facit quādā exhoꝛ-
tationē. pꝛia in pn. ſcda ibi. Deni ſunt celi
tertia ibi. Hic deitaſ trina. q̄rta ibi. Cernit
amatqꝫ deū. q̄nta ibi. Ergo mūdanis reb⁹
ſpꝛetis ⁊c. In pꝛima pte dicit auc. nr̄ ꝙ illi
aſcēdūt ad padiſum q̄ moꝛiſitur mūdi in q̄
padiſo gaudēt inenarrabilr̄ ꝓ q̄bus nullo
mō eſt oꝛādū cū ſint in ſumma leticia: ſꝫ a
nob̄ viatoꝛib⁹ ſunt honoꝛandi ⁊ ſepiſſime
rogādi vt ꝓ nobis q̄ varijs cōcutimur pe-
riculis dignent̄ itercedere. De illa materia
viſum fuit in fi. c. de pnia. Sequit̄ ſcda ps
ibi. Deni ſunt celi ⁊c. vbi auctoꝛ nr̄ enūerat
celos di. ꝙ decē ſunt celi. vn̄ celū ſm philo
ſophū in. ij. de celo eſt coꝛp⁹ pꝛimū natura
ſimpliciſſimū: coꝛpe ſolidiſſimū: ſubtiliſſi
mū eēntie: q̄ntitate maximū: q̄litate lucidū
dyaphanite pſpicuū: materia puriſſimū: fi
gura ſpericū: locati ſitu ſupmū creaturaꝝ
i ſe ꝯtētiuū. Et diuidit̄ celū i decē celos iux̄
lrām auctoꝛis. Sꝫ ꝓ habēdo aliquā decla-
rationē pmiſſoꝝ eſt notandū ꝙ coꝛpoꝛalis
machina mundi conſiſtit in natura elemē-
tari ⁊ celeſti. Natura elementaris cōſiſtit
in quattuoꝛ ſperis. ſ. in ſpera terre: aque:
aeris ⁊ ignis. vt recitat̄ p Ariſt. in lib. Me
tha. Natura celeſtis diuidit̄ in tres celos
pncipales. ſ. empyreū: criſtallinū: ⁊ firma-
mētū: itra firmamētū. Quidā eſt celū ſtel-
larū in q̄ ꝯtinētur ſeptē oꝛbes: ſeptē plane
tarū q̄ ſunt incipiēdo ab inferioꝛi ꝑte: lūa
mercuri⁹: venus: ſol: mars: iupiter: ſatur-
nus. Noīe aūt celi cryſtallini itelligit̄ illa
ps materie pme q̄ foꝛmata eſt in duos oꝛ
bes. quoꝝ ſupioꝛ eſt pmū mobile. Celū vo
ēpyreū ē decimū ⁊ ſupmū: vbi ſunt multe
māſiōes q̄ꝛ habitaculū beatoꝝ. Vn̄ ſalua-
toꝛ noſter. In domo patris mei māſiones
ſunt multe: vt declarabit̄ inferi⁹. Oēs em̄
celi ſeu oꝛbes mouent̄ pter celū empyreū
qd̄ quietū eſt ⁊ immobile. Celū em̄ ē nobi-
lius coꝛpib⁹ inferioꝛib⁹: ꝓpter hoc debet̄
ei mot⁹ nobilioꝛ. ſ. circularis. ſm pħm in li
bꝛo de celo. Oēs planete in aſtrologia di-
cuntur tropici: q̄ꝛ retrograditur a motu
pmi mobilis: q̄ quidē mot⁹ tāto deſiderio
eſt ꝙ oēs alias ſperas ſecū reuoluit. Mo
tus em̄ q̄ dr̄ reuolutio pmi mobilis ē mo-
tus ꝓpꝛius planetarum. Et ſi querat̄ q̄re
ſpere planetarū mouent̄ ꝯtra inceſſuꝫ pꝛi
mi mobilis. Rn̄det̄ ꝙ hoc fit ad retardan-
dum motū pmi mobilis: q̄ꝛ niſi retardare
tur nō pn̄t illa inferioꝛa fructificare p̄ ni-
mia velocitate ſui mot⁹: ꝑ cōmentatoꝛē ſu
pꝛa ſcdꝫ de celo. Coꝛpa em̄ celeſtia nobilio
ra ſunt coꝛpib⁹ inferioꝛib⁹: iō altioꝛ locus
eis debet̄. Itē eis debet̄ nobilioꝛ foꝛma. ſ.
ſperica ſiue rotūda. Itē ꝓpter nobilitateꝫ
eoꝝ agūt in illa inferioꝛa influēdo v̓tuteꝫ
motiuā: vegetatiuā: ꝓductiuā gn̄abilium.
Itē coꝛpa celeſtia diuidunt̄: q̄ꝛ quoddā eſt
coꝛp⁹ lucēs: vt ſol q̄ ſol⁹ inter ſydera lucet
Alia coꝛpa celeſtia ſunt nō lucētia: vt ſtelle
⁊ planete q̄ lumē ſuū a ſole mēdicāt: q̄dam
ſūt coꝛpa dyaphana: vt oēs ſpere celeſtes
¶ Querit̄ vtꝝ coꝛpa ſupioꝛa poſſint influe
re ſup liberū arbitriū. So. Dicēdem eſt ꝙ
nō: nec habēt virtutē mutandi hoīs volū-
tatem: ſed bene immutāt ⁊ diſponūt hoīs
cōplexionem: hoc eſt inclinare ad hoc vel
ad illud. ſed cogere nō poſſunt. ideo dicit̄
ratio dominatur in aſtris. Luna enim infi
ma eſt inter planeras eclypſim patitur et
efficit. maculas habet ꝓpter cōiunctoꝛia
cū inferioꝛib⁹. Coꝛnicula interdū apparet
ex eo ꝙ pars eius illuminata a nobis ab-
ſcondit̄ quia de ſe eſt coꝛpus tenebꝛoſum
ſed lumen recipit a ſole. Mercuri⁹ ſemꝑ
cū ſole gradit̄ nec ab eo āpli⁹ trigita gra-

UVA. BHSC. IyR_242

dibus diſtãs. Uenus eſt lucifer qñ p̃cedit
ſolem ⁊ veſperus qñ ſequitur: idõ ſemper
cõcomitatᷓ ſolẽ. Sol eñ in medio planeta-
rũ ↄſiſtit ſolus p ſe lucens octies maioꝛ to
ta terra. calidus ꝟtualr̃ eo ꝙ influẽtia ⁊ lu
mine fit ꝓductiuus caliditatis. Notãter dꝛ
ꝟtualr̃: qꝛ caliditas formalr̃ nõ fundatᷓ ni
ſi in cõpoſito habẽte materiã ſubiectã cor-
ruptioni ſeu ↄrietati. Sol ꝟo ⁊ alia corpa ce
leſtia ſunt incorruptibilia: vt pꝫ p cõmẽta
torẽ in. i. de celo. Eclypſim patitᷓ ꝓpter int
poſitionẽ orbis lune. ¶ Queritᷓ hic q̃ dr̃ia ẽ
inter calidũ formalr̃ ⁊ virtualr̃. Solu. ſm
pħm in. i. de celo drñt qꝛ calidũ formalr̃ ẽ
calefactiuũ p ↄtctũ. Calidũ vero ꝟtualr̃ nõ
ſꝫ in luīe vel influẽtia. Scdõ drñt qꝛ calidũ
formalr̃ in agẽdo repatitᷓ vel põt repati et
alterari a ſuo ↄrio: calidũ aũt ꝟtualr̃ non.
Tertio differũt: qꝛ calidũ formalr̃ impedi
tur p interpoſitiõem. calidũ virtualr̃ non
impeditᷓ in calefaciẽdo niſi ↄtctũ ad actionẽ
quã hꝫ p lumẽ ⁊ nõ quã facit p influentiaꝫ
⁊c. Mars igneus apparet: qꝛ calidus ⁊ ſic
eius hoĩes ⁊ ꝓprietatibus ſuis ꝓuocãs ad
bellũ: ſed interpoſitiõe veneris ⁊ iouis no
ciuitas reprimitᷓ. Jupiter clarus eſt in qua
litatibus influxiuis bene temperatus ⁊c.
Saturnus eſt ſupioꝛ planetarũ frigus et
ſiccus nõ formalr̃ vt debet teneri in oĩbus
ſed effectiue. Firmamẽtũ eſt illud celũ in
quo ſtelle ſup̃me figũtur: ⁊ cũ illo ſemper
mouẽtur: illuĩationis a ſole receptatiue.
planete eñ nõ ſunt in firmamẽto: imo ſũt
ſydera inter celũ ſcꝫ firmamentũ ⁊ ſperaꝫ
elementoꝝ exiſtentia. Celũ eñ cryſtallinũ
eſt ſup firmamentũ de quo viſum fuit: ⁊ ſu
pra celũ cryſtallinũ celũ empyreũ vbi ſunt
habitacula beatoꝝ. ¶ Sequitur tertia
ps ibi. Hic deitas trina. vbi auctoꝛ noſter
docet ordinẽ beatoꝝ ĩ celo empyreo dicẽs
ꝙ in ſublimioꝛi loco ẽglorioſa trinitas ⁊c.
Ad dexterã filij eſt virgo maria mater ſal
uatoris noſtri ieſu xp̃i exaltata ſup omnes
choros angeloꝝ vt credit ſancta mater ec-
cleſia cui non eſt derogandum. Deinde de
celeſti hierarchia que diuiditᷓ in ſuperiorẽ
mediam ⁊ inferiorem. Superioꝛ continet
ordines: ſeraphin cherubin ⁊ thronos pri
mi conſiderant bonitatẽ. ſecundi dei veri-
tatẽ. tertij equitatẽ. In primis de⁹ amat vt
charitas. In ſecũdis noſcit vt veritas. In
tertijs ſedet vt equitas. Propriũ eñ eſt ſe
raphin ĩ amore dei ardere: ⁊ ad alios incẽ-
dium diuini amoris ꝓmouere. Cherubin

ꝟo ꝓprie eſt relucere diuini luminis ra-
dio ꝓ eo ꝙ vicin⁹ p̃me ꝟitati iſigunᷓ reſpe
ctu inferioꝝ ⁊ hoĩes ꝓmouere ⁊ exercitare
ad diuinã cognitionẽ. Throni dicũtur eo
ꝙ in eis dñs ſedeat ⁊ iuſticia ſua decernat
in his p̃cipue relucet rectitudo diuini iu-
dicij. Media hierarchia cõtinet dñatiões
p̃ncipat⁹ ⁊ ptãtes: quoꝝ p̃mi officia regũt
angeloꝝ. Hi eñ ꝟtutẽ dei quã ſup ſe reci-
piũt inferioꝛib⁹ trãſfundũt. ſm Greg. Do-
miationũ officiũ eſt ĩ bello ſpũali inſtrue
re qualr̃ oportcat p̃latiõis officiũ exerce-
re: ⁊ qualr̃ ſubditis debẽt dñari ſecũdi: ſcꝫ
p̃ncipat⁹ ſm cõpen theo. capitib⁹ p̃ſunt po
puloꝝ. ⁊ ſꝫ Greg. Subditis angelis p̃ſunt
⁊ eos ꝓ diuino miſterio explẽdo diſponũt
Ad hoc ſm Diony. ptinet vniuerſale regi-
mẽ vni⁹ regni vel gẽtis in cõducẽdo ad dei
volũtatẽ ↄtrũ dñt. ſm autẽ alios doctores
officiũ eoꝝ eſt docere hoĩes: exhibere re-
uerẽtiã vnicuiqꝫ ſm gradũ ſuũ. Hoꝝ etiaꝫ
officiũ eſt ꝓmouere hoĩes vt nõ ꝓptervti
litatẽ ꝓpriã: ſed ꝓpter ſoli⁹ dei amorẽ ⁊ ho
norẽ faciãt iuſticiam. Ultimi. ſ. poteſtates
poteſtatẽ cohercẽt demonũ. poteſtatibus
eñ aduerſe ꝟtutes ſubiecte ſunt ne mun-
do tñ noceãt quãtũ cupiũt nocere. ſm cõ
pen. theo. ſm beatum Grego. Horum offi
cium eſt illos qui in ſpirituali certamine
deſudant cõfortare ⁊ ne regimen ſpiritua
le amittãt defendere ſm beatũ Dionyſiuꝫ
ad ipſos ſpectat angelos inferiores infoꝛ
mare. In primis de⁹ dñatur vt maies. In
ſecundis regit vt principatus. In vltimis
tuetur vt ſalus. Inferioꝛ hierarchia conti
net tres ordines virtutes archangeloruꝫ
⁊ angelorum. Ad primos ſpectat miracu-
lorum operatio. Uirtutes enim ſunt infa-
tigabiles ad executionẽ faciendorum: ⁊ ro
buſti ad perceptionem munerum. Horuꝫ
officium ſm Dionyſium eſt docere p̃latos
vt facile ⁊ perſeueranter que ad officium
prelationis pertinent exequantur ⁊ ipſi⁹
onera ſuſtineant patienter. Ad archange-
los ſpectat magnorum negociorum denũ
ciatio. Iſti eñ ſummi nuncij nũcupantur:
quia ſumma nunciant. Horum officiũ ſm
Grego. eſt de illis qui pertinent ad ꝓmo-
tionẽ fidei: vt de natiuitate xp̃i ⁊ factis ei⁹
expedire homines ⁊ demones ab hoĩbus
remouere ſm Dionyſium vero officiũ eo-
rum eſt ꝓphetias reuelare. Iſti eñ reue-
lationes q̃s a ſupioꝛib⁹ ſuſcipiunt inferio
rib⁹ annũciãt: ⁊ p eoſdẽ nobis. Ad tertios

UVA. BHSC. IyR_242

ſcꝫ angelos ptinet humane cuſtodie ſollici
tudo. Angeli ſunt vltimi ⁊ hoībus magis
ꝓpinqui iſti minora annūciant ⁊ hoīes ad
diuinā cognitionē ducūt: ⁊ vt iuſte viuant
inſtruūt. Hi ſurſum extēdūtur ꝑ dilectōeꝫ
dei i ſemetipis firmātur ꝑ cuſtodiā ſui ſub
ſe ꝓgrediuntur ad auxiliū ꝓximi. In pmis
deus opatur vt ṽtus. In ſcd̄is reuelat vt
lux. In tertijs nutrit vt inſpirās. tū ſm bea
tū Dyoñ. ṽtutes ſunt medi⁹ ordo ſcd̄e hie
rarchie ⁊ pncipat⁹ primus ordo tertie hie
rarchie. Nos ei debem⁹ ſimilari ſeraphin
ꝑ charitatē. cherubin per cognitionē: thro
nis ꝑ equitatē. dñationib⁹ ꝑ carnis ſubiu
gationē: pncipatibus reuerētiā nr̄is maio
ribus exhibēdo. poteſtatib⁹ tētationibus
dyabolicis reſiſtēdo. ṽtutib⁹ ꝑ cōpaſſionē
archāgelis ꝑ inſtructionē: angelis ꝑ obſe-
quij exhibitionē. Hierarchia eñi continet
nouem ordines ſeu choros angeloꝝ. Item
q̄libet ordo ſeu chorus ꝯtinet ſex milia ſex
centū ſexaginta ſex legiones. q̄libet legio
cōtinet ſex milia ſex centū. lxvi. angelos.
¶ Querit̄ q̄d dicēdū de prelationib⁹ ange-
loꝝ. So. Dicendū eſt ꝙ q̄dā angeli preſunt
regiōib⁹: vt dr̄ Dañ. x. Cū eñi egrederet̄ ap
paruit pnceps grecoꝝ ecce nunc reuertar
vt ꝓlier aduerſum pncipē pſaꝝ. Quidam
angeli pſunt eccl̄ijs. Apoca. ij. Et angelos
epheſi eccl̄ie ſcribe. hec dicit dñs ⁊c. Qui-
dā pſunt hoīb⁹. Act. xij. de btō petro āgel⁹
eius eſt dixerūt illi q̄ orabat ꝓ btō Petro
dū teneret̄ in carcerib⁹ herodis: qū eis nū
ciauit quedā ancilla ꝙ btūs petrus pulſa
ret ad oſtiū poſtq̄ dei adiutorio ⁊ angeli
miniſterio exiuit carceres herodis. Silr̄
ſpūs malignoꝝ aliqui dicūtur pēſſe aliq̄b⁹
vicijs. Alij aūt alijs: q2 quidā dicūtur ſpūs
luxurie: quidā ſupbie ⁊c. Que aūt ꝑlatōes
maneāt vel q̄ ceſſent poſt hāc vitā ſciēdum
eſt ꝙ hierarchie ſemꝑ ſtabūt q̄tū ad eſſen
tiā beatitudinis q̄tū ad gradū dignitatis
⁊ nobilitatē doni gratuiti ⁊ nature. Ceſſa
būt aūt ꝑlatiōes angelice ſuꝑ hoīes ⁊ an-
gelos q̄ ad actū regiminis ſꝫ gubernatio-
nē mūdi. ⁊ elemētoꝝ ſm viā ad patriā. Pre
latio aūt in demonib⁹ q̄ ad officiū inſultā
di ⁊ irritandi. ſm ꝙ vnus ꝓuocat alterum
in malicia nō deſtruet̄. vñ pſ. Supbia eoꝝ
qui te oderūt dñe aſcendit ſemꝑ. Ceſſabit
aūt eoꝝ ꝑlatio quo ad officiū tētandi eos
qui ſunt in via. In hoībus etiā prelatiōes
euacuabūtur q2 nō erūt decani cēturiōes
⁊ hmōi. In alijs creaturis ceſſabit. ſilr̄ pre
latio: q2 ſuꝑiora nō mouebūt ⁊ ſic inferiora
ſicut modo. hoc tenet Bona. cōpē. theolo.
¶ Querit̄ quid dicēdū eſt de cognitiōe an-
geloꝝ. Sol. Angeli cognitionē hñt matuti
nam: hoc eſt cognitionē rerū in ṽbo. Item
hñt cognitionē veſptinā. i. cognitionē rerū
in ſe. Itē hñt cognitionē meridianā. i. aptā
dei viſionē. Etiā alia cognitio: q2 maiores
angeli indicāt minoribus illa q̄ ꝑ diuinas
theophania recepert. Vñ theophania eſt
oſtēſio alicui⁹ cognoſcibilis ꝑ illuminatio
nē a deo veniētē: ⁊ hoc pōt eſſe vel in ſym-
bolis vl̄ facie ad faciē. Angelus eñi cogni
tiōe rerū in ꝓpria natura cognoſcit ſimul
plura habitu: non aūt in actu. Circa eñi in
carnationē ⁊ paſſionē xp̄i ſciuerunt angeli
ſubſtātiā facti. ſꝫ nō oēs circūſtātias. Ange
li eñi cognoſcūt remota ſicut ꝓpinqua: q2
cognitio eoꝝ nō eſt ꝑ ſenſum: ſꝫ ꝑ intellectū
¶ Querit̄ q̄d dicēdū eſt de motu angeloꝝ.
Pro quo eſt notādū ſm Diony. ꝙ mot⁹ an-
geloꝝ diſtinguit̄ tripl̄r: ſcꝫ circularis rect⁹
⁊ obliquus. Circularis ab eodē in idē ⁊ cir
ca idē centrū imobile. Hūc motū habēt an
geli: q2 imediate recipiunt illuminationes
a deo ⁊ ꝑ illā reuertunt̄ ad deū. Iſtud aūt
ꝯuenit ſuꝑiori hierarchie tm̄. Motu recto
mouētur qū ꝓcedūt ad ꝓuidētiā ſubiecto
rum recte oīa trāſeuntis ⁊ ibi nō reuertū
tur ab eodē idē. ſꝫ de vno ad aliud. Itē mo
uētur motu obliquo angeli qū cognitiōeꝫ
inferioꝝ quibus ꝓuidēt reflectūt in deum
pncipiū ⁊ finem pulchri ⁊ boni. ¶ Querit̄
vtrū ſint plures angeli ſub vna ſpecie ſicut
ſunt plura indiuidua ſub vna ſpecie. Sol.
Dicendū eſt ſm cōmentatorē ſupra duode
cimū Metha. ꝙ non: q2 nō differūt ꝑ ma
teriā ſicut ſortes ⁊ plato: q2 in angelis nō
eſt talis materia nec differūt ꝑ quātitatē:
quia illā non habent que ſit principiū mul
titudinis ſeu multiplicationis: ergo relin-
quit̄ ꝙ differūt ꝑ formam ⁊ ꝑ conſequens
patet manifeſte ꝙ ſub vna ſpecie non ſunt
plura ſuppoſita: ſed vnū ſolum ſuppoſitū
¶ Queritur quid dicendū de cuſtodia an-
geloꝝ. Solu. Dicendū ꝙ angeli ad noſtraꝫ
cuſtodiam deputati tenent nos ſtātes ne
cadamus ⁊ cadentes nos adiuuant vt ſur
gamus: nec vnq̄ nos deſerant etiā peccan
tes quin ſuꝑſint pati auxilari ſi velimus.
Hoc tamen fallit in obſtinatis a quoꝝ cu-
ſtodia deſiſtit angelus actualr̄. Paratus
tamen eſt cuſtodire ſi redire voluerit: q2
nunq̄ deſerit homo ex toto ab angelis vt

UVA. BHSC. IyR_242

recitatur in cõpen. theo. libro. ij. Tamē Bo-
nauen. dicit ꝙ bonus angelus non derelin
quit vſqꝫ ad mortem quin defendat ab ad
uerſario ne occidatur. niſi qñ ſententia di-
uini iudicij aliter exigit: ⁊ quin retrahat
illum quē cuſtodit a malo. Et ſi ſubijciat̃ il
lud Hiere. li. ca. In gloſa. curauimus baby
lonem ⁊ nõ eſt curata. Dicēdū eſt ꝙ medici
ſunt angeli quos a nobis repellimus cum
eorum cõſilio non acquieſcimus. Itē dicit
alia glo. Caue neqñ derelinquat te medicꝰ
Item Dañ. xi. In gloſa dr̃ antixp̃s carebit
angelorum preſidio. Solu. Ad hec oīa ſm
Boñ. illa intelligūtur ad illū ſenſum ꝙ an-
gelus nõ deſerit oīno obſtinatos ſꝫ nõ con
ſeruat eos nec ꝓducit ad bonū ſicut facit
illos q̃ nõ ſunt obſtinati. ¶ Querit̃ vtrum
antixp̃s. habebit bonū angelū deputatuꝫ
ad ſui cuſtodiā. So. Cõpē. theo. dicit ꝙ ſic:
⁊ ſubdit quēquidē angelū lꝫ ꝓpter nimiaꝫ
obſtinationē ſuā nõ ſit habiturus ad ꝓmo
tionē tñ habebit ad accuſationē. ¶ Querit̃
quis ſit effectus cuſtodie angelice. Solu.
ſm Boñ. ⁊ cõpend. theo. Cuſtodie angelice
multiplex eſt effectꝰ. vnꝰ effectꝰ eſt impedi
mēto boni ⁊ occaſiones peccādi remouere
in Exo. Mittam angelū meū percuſſorem
qui eijciat iebuſeum. ⁊ Gene. xxxij. Tetigit
angelus neruū femoris Jacob ⁊ emarcuit
vbi notatur repreſſio cõcupiſcētie. Secun-
dus effectus eſt tētatiões mitigare. Dañ.
iij. Angelus dñi deſcēdit cū Azaria ⁊ ſocijs
eius in fornacē ⁊ excuſſit flāmā ignis. Ter-
tius effectus eſt contra hoſtes viſibiles iu
uare. iiij. Reg. vi. c. Porro orauit Eliſeꝰ ad
dñm dicens. Percute gentē hanc: percuſſit
hoſtes regis iſrael dñs. ⁊ Eſa. xxxvij. Egreſ
ſus eſt autē angelus dñi ⁊ percuſſit in ca-
ſtris aſſyriorum. clxxxv. milia ⁊c. Quartus
effectus ē orōnes nr̃as ⁊ elemoſynas deo
preſentare ⁊ ꝓ nobis orare. Thob. xij. Qñ
orabas cum lachrymis ⁊ ſepeliebas mor-
tuos ego obtuli orationē tuā dño: et quia
acceptus eras deo neceſſe fuit vt tentatio
ꝓbaret te. Quintus effectus angelice cu-
ſtodie eſt ducere cõducere ⁊ reducere ⁊c.
Thob. v. dicit angelus Thobie ſeniori. Ego
ducā ⁊ reducā eū. ſ. filium tuū ſanū ad te.
Sextus effectꝰ eſt agēdis docere. Dañ. ix.
dixit angelus Danieli ſic. Daniel nūc egreſ
ſus ſum vt docerem te ⁊ intelligeres. ⁊ Za
cha. vi. de angelo q̃ inſtruxit eū de q̃ttuor
quadrigis. Septimus effectus eſt ſeipm
⁊ alia ſecreta reuelare. Thob. xij. Ego ſum

ſum raphael angelus vnus ex ſeptē q̃ aſta
mus coram dño. ⁊ Geñ. xviij. Tres angeli
miniſteriū trinitatis ⁊ vnitatis expreſſerunt
Octauus effectus eſt a peccatis excitare
Act. xij. Surge velociter. Nonus effectus
eſt ad feruorē charitatē excitare. iij. Reg.
xix. Dictum fuit Helye per angeluꝫ ſurge
comede grādis enī tibi reſtat via. Decimꝰ
effectus eſt cõſolari ⁊ in viā dei cõfortare.
Thobie. v. Forti animo eſto in ꝓrimo eſt vt
a deo cureris dixit angelus ſeniori Thobie
⁊c. Undecimus effectus eſt de peccato in-
crepare. Judicuꝫ. ij. dixit angelus populo
iſrael cur hoc feciſti. Duodecimus effectꝰ ē
poteſtates cõtrarias cohercere ne tm̄ no-
cere poſſunt q̃tum velle. Thob. viij. qualr̃
angelus Aſmodeuꝫ ligauit ne noceret ⁊c.
¶ Queritur vtrū xp̃s habuerit angelū de-
putatū ad ſui cuſtodiā. Solu. Dicendū eſt
ꝙ non: quia xp̃s ſuperior erat omni ange-
lo. Itē dyabolus nõ poterat opp̃mere cor-
pus vnitū diuinitati nec ſeducere intelle-
ctum a verbo plenarie illuſtratū nec blan-
ditias allicere affectum: plenitudine gra-
tie cõfirmatū. Et ſi obijciat̃ illud ps. ⁊ euā-
gelij. Angelis ſuis mādauit de te ⁊c. Dicen
duꝫ eſt ꝙ hoc intelligit̃ de capite rõne mē-
brorum. Item ſi obijciat̃ illud Luc. xxij. Ec
ce apparuit ei angelus de celo cõfortans
eum. Rñdetur ſm glo. Bede ſit in teſtimo
nium vtriuſqꝫ nature: ⁊ angelus eū confor
taſſe: ⁊ angelus ei miniſtraſſe deſcribit̃ nõ
ꝙ confortaret eum confortatione poteſta
tiua: ſed ſolum miniſteriali: ſicut armiger
ſtrēnuū militē confortat. ¶ Queritur vtrū
xp̃s habuerit angelum ad tentandū ſicut
ceteri hoim habent. Solu. glo. ſupra illud
Thob. v. Piſcis volebat deuorare Thobiaꝫ
dum lauaret pedes. videtur dicere ꝙ dya
bolus ſecutus eſt xp̃m vſqꝫ ad crucem: ta-
men tentatio dyaboli fuit ſolum exterius
ad dignitatis xp̃i manifeſtationē ⁊ aduer-
ſarij confuſionem: ⁊ noſtram inſtructionē.
¶ Queritur vtrum ſinguli angeli ſingulis
hoibus: an vnus pluribus ad cuſtodiam
vel exercitium deputatus ſit. Solu. tex. xi.
diſt. ij. ſen. dicit ſic. Cū electi tot ſint quot
⁊ boni angeli ſunt plures cõſtat eſſe ſimul
bonos ⁊ malos hoies q̃ boni angeli ſint
cū tot q̃t ſunt angeli boni: ⁊ āgeli boni plu
res ſint q̃ mali pluresqꝫ ſint homines ma-
li q̃ boni. Non eſt ambiguum plures bo-
nos homines eſſe q̃ ſint mali angeli ⁊ plu-
res eſſe malos hoies q̃ ſint mali āgeli vel

UVA. BHSC. IyR_242

boni. ideo dici oportet vnū eūdē angelū bonū vel malū plurib' hoīb' deputari ad cuſtodiā vel exercitiū ſiue eodē tpe ſiue diuerſis tpib'. ideo aūt dicim' eodē tpe vel diuerſis tpibus: qꝛ videt̃ quibuſdam ꝙ oēs homies q̄ ſunt ſimul in aliquo tpe ſinguli ſingulos angelos habere poſſunt bonos vel malos qꝛ lꝫ maioꝛ ſit numerus hoīm in vnū cōputatis oībus q̄ fuerūt ſunt ꝛ futuri ſunt ꝙ numer' angeloꝝ tn̄ qꝛ homies decedētibus hoībus ſuccedūt: ideo nunq̄ ſimul ſunt in hac vita. Angeli quoq̄ nunq̄ decedūt: ſꝫ ſimul ſunt oēs: ꝛ eſſe pōt vt ſinguli hoīm qui in hac vita ſunt ſingulos habeāt angelos bonos vel malos ad cuſtodiam vel exercitiū deſtinatos. Ceteruꝫ ſiue ita ſit ſiue nō: nō eſt dubitandū vnūquēq̄ habere angelū ſibi deputatū ſiue plurib' ſimul deſtinatus ſit ſiue vni ſingl'r. nec eſt mirandū vnū angeluꝫ plurib' hoībus ad cuſtodiā deputari: cū vni homini pluriuꝫ cuſtodia deputet̃: ita vt eoꝝ quiſq̄ ſuū dicatur habere dn̄m vel epiſcopū vel abbatē. ¶ Sup hoc arguit̃ ꝫm beatū Tho. in p̄ma pte ſue ſumme inferioꝛa reducūtur ī deuꝫ ꝑ media: vt dicit Dyoñ. ergo vn' ſol' angelus eſt q̄ imediate cuſtodit homies. Scdo ſic. angel' fortioꝛ eſt ꝙ hōīs vn' homo ſufficit ad cuſtodiā multoꝛum hoīm: ergo multo magis vn' angel' pōt multos homines cuſtodire: ꝛ qꝛ angelus ſubito hic eſt ſubito alibi. Sed cōtra eſt qd̄ Hieroñ. exponit ſup illō Math. xviij. Angeli eoꝝ vidēt faciē patris mei ꝛc. Magna eſt dignitas aīaꝝ vt vnaquēq̄ habeat ab ortu natiuitatis in cuſtodiā ſui angelū delegatuꝫ Cōcluſio tn̄ beati Tho. eſt ꝙ ſingulis hominib' ſinguli angeli ad cuſtodiā deputātur. Cui' ratio eſt: qꝛ angeloꝝ cuſtodia eſt quedā executio diuine ꝓuidētie circa homines. Decet eñ dulcedinē diuine miſericordie vt homini q̄ hꝫ aduerſariū impugnantē daret angelū auxiliātē: vt qꝛ homo fragilis eſt ꝛ indigēs ſuſtētet̃ ab angelo q̄ eſt fortis ꝛ potēs: qꝛ pauci eſſent qui poſſint vincere diabolū niſi ꝑ angelū ꝑſidiuꝫ Magna dilectio creatoꝛis ad hoiem ꝛc. Angeli eñ ſeruiūt nobis ꝑpter tria. ſ. propter ruine ſue reparationeꝫ. Hoīes enim ſaluādi intrabūt locū angeloꝝ qui ceciderunt. Itē ꝑpter meriti accidētalis cumulatiōeꝫ qd̄ auget̃ in eis vſq̄ in diē iudicij. Itē ꝑpter amoꝛis erga nos demōſtrationem: vt recitat̃ in. ij. lib. cōpen. theo. ¶ Circa hec queritur vtrum ex beatificatione cuſtoditi angelo cuſtodienti amplificetur gaudium. Solutio ꝫm Bonauenturā. Gaudium in quo conſiſtit premiū ſubſtantiale quod eſt de bono increato nullo modo accreſcit angelis: quia q̄ntum ad illud perfecte beati ſunt: ſed gaudium quo conſiſtit premium accidentale poteſt creſcere non ſolum extenſiue quod eſt quando quis de pluribus gaudet: ſed etiam intēſiue quod eſt quando affectus de aliquo copioſius gaudet: ꝛ quia angeli miniſtrādo alijs bona opera faciunt premium accidētale merentur: ꝛ etiam cōciues ſuos ad beatitudinem perducunt ſuper quibus gaudent. Creſcit ergo eis gaudium de beatificatione hominum: ꝛ multo fortius de conuerſiōe peccatorum. Luce. xv. Gaudium eſt angelis ſuper vno peccatore penitentiam agente ꝛc. ¶ Queritur vtrum ex dānatione cuſtoditi incurrat angelis aliquod detrimētum. Solutio ꝫm Bonauen. Dicendum eſt ꝙ non: quia deſiderium angeli nō fruſtrat̃ quia ſub conditione appetit cuſtoditū ſaluari ſi fideliter velit adherere xp̄o. Et licꝫ ex noſtra ſaluatione creſcat angeloꝝ premium vt dictum extitit, tamen ex dānatione cuſtoditi non incurret detrimentū: nec reſpectu rei habite: nec reſpectu rei habēde: ꝛ q̄ntum ad gaudium qd̄ habet in deo ꝛ quod habet in ſeipo. Gaudebit eñ de bonis operibus que circa ipſum fecit quem cuſtodiuit. Nullum etiam incurrit dānum quod habet in alio: quia vnus cadit alius coronam accipiet. Item ex damnatione cuſtoditi angeli gemitum non concipiunt: ꝛ nec habent compaſſionem erga reprobos Unde Gregorius. Iuſtorum anime ꝛ ſi nature ſue bonitate miſericordiam habent iam non auctoris ſui iuſticie coniuncti tanta rectitudine conſtringuntur vt nulla ad reprobos cōpaſſione moueantur. ¶ Queritur vtrum omnes angeli mittantur ad homines ꝛc. Solutio ꝫm Bonauenturam Dicendum eſt ꝙ duplex eſt miſſio: ſcilicet exterior et interior. Exterior enim eſt ad nos: et ſic non mittuntur niſi inferiores: quia dicit Dionyſius. Superna illa agmina ab intimis nunq̄ recedunt. Qui enim preeminent vſum exterioris officij nunq̄ habent. Miſſio enim interior eſt qua ſuperiores mittūtur ad medios ꝛ medij ad infimos: ꝛ ſic omnes mittuntur. Unde ad Heb. i. Oēs ſūt adminiſtratorij ſpūs miſſi

UVA. BHSC. IyR_242

ꝓpter eos q̄ hereditatē capiūt ſalutis: nō
dicit ad eos ſ; ꝓpter eos. Et ſi obijciat̃ illō
Eſa. vi. Volauit ad me vnꝰ de ſeraphin et
in manu eiꝰ calculus quē forcipe tulerat d̄
altari ⁊ tetigit os meū ⁊ dixit. Ecce tetigi
labia tua ⁊c. Dicēdū eſt ſm Dioñ. ꝙ ille an-
gelus nō erat d̄ ordine ſeraphin: ſ; dicebat̃
de illo ordine: quia mittebatur incēdere la-
bia eius: ideo ⁊c. ¶ Querit̃ vtrum angeli
accedāt affectū noſtrū. Solu. Dicēdū eſt ꝙ
affectꝰ nr̄ nō pōt inflāmari tāq̄ a p̄ncipali
agēte vel efficiēte niſi a ſolo d̄o. pōt tñ affe
ctus nr̄ inflāmari ab āgelo ſicut ab excitā-
te ⁊ iuuante. Angelus eīm nō illuīat intelle
ctū efficiēdo cognitionē in aīa: q2 nō pōt in
intellectu nouā ſpēm imprimere: nec habi
tū noui luīs dare nec eiꝰ intētionē q̄ vult cō
uertere. Tria eīm req̄runtur ad hoc ꝙ intel
lectꝰ nr̄ aliq̄d intelligit. ſ. ſpēs q̄ cognoſcat
lumē in quo cognoſcat: ⁊ intētio q̄ ꝯuertat
ſe intellectꝰ ſup ſpeciē. Vñ d̄ria eſt inter im
mittere cognitōez ⁊ incēdere ⁊ mētē illuia
re: q2 cognitionē imittere eſt creare ⁊ face-
re cognitionē. Incēdere v̄o eſt cognitionez
iam factā inflāmare. Illuīare v̄o eſt dare
reuelationē de aliquo occulto intelligibi
li. ¶ Querit̃ q̄d dicēdū de locutiōe āgeloꝝ
Sol. Dicēdū eſt ꝙ v̄bū eſt triplex. mentis:
oris: ⁊ opis. Verbo mētis loquit̃ deus an-
gelo ⁊ angelꝰ deo. Itē loq̄tur deꝰ aīe ⁊ econ
uerſo: v̄bo aūt oris loq̄tur hō hoī ⁊ angelꝰ
hoī in corꝑe aſſūpto. V̄bo opis loq̄tur deꝰ
dyabolo ⁊ āgelus dyabolo ⁊c. De locutiōe
eīm angeloꝝ notā. eſt ꝙ āgelus loquit̃ deo
cū motu admiratiōis ex viſis aſſurgit vel
affectꝰ ſuos ei p̄ſītat: quos tñ eis latere nō
minime dubitāt angeli. Angelꝰ v̄o loquit̃
āgelo mētis ſue ſpēs oſtēdēdo mediāte q̄dā
illuīatiōe ſpūali irradiāte ab ip̄o. Itē ange
lus facit aliq̄d corā alio āgelo: q̄ facto intel
ligit qd̄ añ nō intelligebat. ⁊ ſic loquūtur
oēs oībꝰ ſiue maiores inferioribꝰ ſiue ecō-
uerſo. Itē loquit̃ angelꝰ angelo ꝑ coīūctio-
nē diuini luīs inſtruēdo: ſic nō loquūt̃ oēs
oībus nec oīa: ſ; tm̄ ſuꝑiores inferioribus
de his q̄ ꝑ theophanias ꝑceperūt. Loquit̃
aūt angelꝰ hoī dupl'r. Vno mō v̄bo vocali
ī aſſumpto corꝑe: ſ; t ſic ſicut nō ꝓfert ſolū
in organis materialibꝰ: ſ; naturā ita nunc
circulariter īmutat mediū queadmodū ē
in voce rōnali. vñ non audit̃ niſi ab illo ad
quē ordinat̃. Et ſile ē in appitiōe angeloꝝ
quos q̄dē vident ⁊ alij eq̄ ꝓpinq̄ nō vidēt.
vt appet in Helyſeo ⁊ filio eiꝰ. Tñ ſuꝑ hoc
quidā dicūt ꝙ angelꝰ nunq̄ apparet vel lo
quit̃ homini in ſubſtātia corꝑea: ſ; intētio
nē ſiue ſimilitudinē vocis ponit in oculo ſi
ue aure illiꝰ: ⁊ ibi recipit ſenſus cōis ſpēs
illas: ⁊ deinde ꝑueniūt ad imaginationez
poſt hoc ad intellectū: ⁊ hoc eſt qd̄ d̄r an-
gelos vel apparere vel loq̄ hoibus. Scd̄o
modo d̄r angelꝰ loq̄ homini ꝑ impſſionem
rerū ſenſualiū imaginatiōis inſtrumento
⁊ ſic loq̄tur angelus vigilātibus ⁊ dormiē
tibus. De diabolo eīm dicendū eſt ꝙ loqui
tur homini dupliciter. Vno mō ſenſum imu
tando ⁊ hoc ꝑ imaginationē alicuiꝰ rei im
primēdo inſtrumēto viſus vel obijciēdo vi
ſui ſimilitudinē alicuiꝰ rei: ⁊ ſic de alijs ſen
ſibus. Scd̄o modo loq̄tur diabolus homi
ni ꝑ impſſionē rerū ſenſualiū inſtrumēto
imaginatiōis: ⁊ hoc facit q̄nq̄ vigilātibus
q̄nq̄ dormiētibꝰ: ⁊ ſic immittit cognitiōez
mali. Cognitionē eīm malā nō pōt imitte-
re q̄ tm̄ ꝑ cōſenſum fit mala. Aīa eīm loqui
tur deo ꝑ deſideriū cuiꝰ affectiones nude
ſunt dei oculis ⁊ aperte. Aīa loquit̃ ange-
lo ꝑ voces corꝑis quas bñ ꝑcipit angelus
ſicut ⁊ alia ſenſibilia. Vñ aīa exiſtēs in cor
pore alia ſpeciali poteſtate loquēdi ad an
gelos nō indiget: ſed hēbit exuta a corꝑe
Itē aīa loq̄tur diabolo: q2 ſimilitudīes af
fectionū imprimūtur ſenſibꝰ vbi diabolus
legit eas. ¶ Queritur vtrū angeli poſ-
ſint aſſumere corꝑa. Solu. Dicendū eſt ꝙ
ſic. nō ꝙ indigeāt ipſis corporibus ad ſui
perfectionē maiorē habendā: ſed volūta-
rie aſſumunt q̄nq̄ corꝑa ſm vim admini
ſtratiuā qua manifeſtāt ſe nobis ⁊ nos le-
tificāt ⁊ cōfortāt: ſm vim aūt ꝯtemplatiuā
cōuertuntur ad deū: ⁊ ſic nō indigēt ſola-
tio corporis aſſumpti. ¶ Sciendū tñ eſt ꝙ
nec boni nec mali angeli ſumūt vera cor-
pora humana. ¶ Querit̃ vtrū corpꝰ qd̄
aſſumit angelꝰ fiat de natura celeſti aut
elemētari. Sol. dicēdū ē ꝙ aſſumūt corꝑa
ex natura elemētari: nō ſimpl'r nec plene
cōmixta: ſ; medio modo vtpote ex aere va
porali. Et ſicut angelus ſua v̄tute effigiat
corpus illud qd̄ aſſumit: ſic ꝓtegit ⁊ cōſer
uat: q2 q̄uis formatio corpis fiat ex adiu
torio nature: tñ principaliter eſt a v̄tute
ſpūalis ſubſtantie ꝓpter hoc ꝙ effigies il
lius corꝑis plus eſt artificialis q̄ natura-
lis ⁊ angelo deſerēte corpꝰ illō redit in p̄ia
centē materiā. ¶ Querit̃ vtrū angeli in
corporibꝰ aſſumptis exerceāt oꝑationes
potētie vegetatiue. Sol. ſm Boñ. dicēdus

UVA. BHSC. IyR_242

eſt ꝙ non: qꝛ nõ habent vim nutritiuã nec generatiuã: habẽt tñ opationes his cõfoꝛmes lꝫ nõ plene. Angelus em̃ bonus cibuꝫ ſumit vere ⁊ cõſumit. Gene. xviij. qđ auteꝫ đꝛ Thob. xij. Ego videbar vobis comedere exponit̃ ſic ſcꝫ ex neceſſitate videbar vobiſcum comedere ⁊ bibere: ſed ego cibo ⁊ potu inuiſibili vtoꝛ. Unde Aug. Poteſtate comedebant angeli nõ ex neceſſitate. iđ talis cibatio eſt ex potẽtia ⁊ nõ ex indigẽtia. Uñ beatus Aug. Sicut aliter abſoꝛbet aquaꝫ terra ſitiens ⁊ aliter radius calefaciẽs: ſic aliter cõuenit cibatio hoi viatori: ⁊ aliter angelo ⁊ beato. Silr̃ dicendũ eſt in actu gñationis: ꝙ ſpũs aſſumens coꝛpus cõfoꝛmat̃ vero coꝛpoꝛi in aliquo: ⁊ in aliquo nõ. Exẽplum patet in incubis demonibus q̇ licꝫ ſemen poſſint ſuſcipere ⁊ trãſfundere: nõ tñ poſſunt alimentũ in verũ ſemen ꝓpꝛia virtute cõuertere. ẜm Bonauẽ. ¶ Queritur in quo differt viſus angeli ab eius auditu. Solu. Uidere ⁊ audire in angelo eſt intelligere: ſed tunc videt cũ ex motu ꝓpꝛio aliquis intelligit. qñ ꝟo ab alio intelligit: tũc đꝛ audire ẜm Bona. ¶ Querit̃ vtrũ angelus qui operat̃ hic poſſit ſimul operari in bꝛitãnia. Solu. ẜm docto. ſup. ij. lib. ſenten. Angelus qui operat̃ hic realiter circa me non pōt ſimul operari in bꝛitãnia nec manens hic poteſt aliq̃d facere vel intelligere in bꝛitãnia. Loquẽdo de intelligẽtia matutina qua videt res in verbo poteſt intelligere oia pñtia ⁊ futura ꝑ voluntate ſpeculi ſiue verbi in quo ſpeculo nõ videt̃ niſi q̃tum voluerit manifeſtare Apo. iiij. ⁊ Eſa. xxij. Et ſi obiiciat̃ de dicto Ariſto. in lib. de aia di. ꝙ intellectꝰ intelligit ſine hoc. ⁊ nũc dicendũ ꝙ eſt verum de intelletu aie exiſtẽtis in coꝛpoꝛe: qꝛ ꝑ ſpecies reruꝫ intelligit res: nõ ꝑ preſentiã. ſed oia exuta a coꝛpoꝛe vt angelus nõ intelligũt ꝑ ſpecies reruꝫ: ſꝫ ꝑ rerũ preſentiã. Unde intellectus eoꝝ đꝛ viſus: ſed in quanta diſtantia videant non audiui determinari. ¶ Querit̃ vtrũ angelus ſit in loco. So. Dicendũ eſt ꝙ ſic ẜm eſſentiaꝫ: ⁊ hoc mõ foꝛte plures angeli pñt eſſe ſimul in minimo coꝛpoꝛali loco. Item angeli ſunt in loco ẜm operationẽ que debitam diſtantiaꝫ exigit. ⁊ hoc modo ſi duo poſſint eſſe in eodeꝫ loco: nõ tamen mille: qꝛ non poſſent exercere ſuas operationes Et ſi queratur quare ergo celum factũ eſt tanti ambitus. Solu. Ad gaudendum: ad laudandum: ad mirandum. ¶ Queritur vtrum boni angeli omnia ſciant. Solutio. ẜm Bona. Dicendum eſt ꝙ nõ: quia angeli multa adiſcunt: ſiue per ipſum verbũ: ſiue per alios angelos: ſiue per experientiam. Et ad illud Grego. Quid eſt quod non vident qui videntem oia vident. Dicendũ eſt ꝙ intelligitur ad illum ſenſum ꝙ ille qui videt deũ dicit̃ videre oia: nõ ꝙ ipſe vidẽs deũ ſit oĩm poſſeſſoꝛ: ſed qꝛ videt illud vnũ cui nõ poſſunt equiparari. ¶ Queritur vtrum angelus naturali dilectione magis diligat ſuperioꝛem angelum vel pareꝫ vel inferioꝛem. Solu. ẜm Bona. Magis diligere aliquid poteſt tripliciter conſiderari Uno modo ratione boni optati. Alio mõ ratione affectus intenſi. Alio modo ratione effectus impenſi. Ratione boni optati vnus angelus magis diligit ſuperioꝛeꝫ: qꝛ ex iudicio recte rationis nollet eum excellere: ⁊ plus boni habere q̃ deus voluit oꝛdinare. Sed angelus inferioꝛis oꝛdinis recipit illuminationes a ſuperioꝛi: ſicut dicit Diony. quare inferioꝛ angelus diligit ſuperioꝛem ad maius bonuꝫ: ſicut em̃ angelus per naturã inſtitutã deuꝫ ſuper oia diligebat: ſic etiã plus diligebat angelum ſuperioꝛis oꝛdinis pro eo ꝙ deo ſimilioꝛ erat. Ratione ꝟo affectus intenſi magis diligit angelum eiuſdem oꝛdinis: ſicut đꝛ aliquis aliũ plus diligere quando plus de eius ſocietate conſolat̃: ſicut videt̃ inter cõpatriotas ⁊ hoies eiuſdem ꝓfeſſionis vbi confoꝛmantur in moꝛibꝰ ⁊ inuidia nõ interuenit. Unde Eccl̃. xiiij. Oẽ animal diligit ſibi ſile. Ratione ꝟo effectus ſiue beneficij impẽſi angelus diligit magis angelũ inferioꝛẽ qꝛ plura bona ei impẽdit q̃ ſuperioꝛi vel pari. Et ratio eſt cõſideratio indigentie: ſicut mater magis fouet filiũ tenellũ q̃ adultũ et infirmũ pluſq̃ ſanũ. Et ſic ꝓbatum dilectionis exhibitio eſt operis. ¶ Queritur vtruꝫ angeli fuerint creati in beatitudine Solu. ẜm Bona. Dicendũ eſt ꝙ beatitudo dicit̃ dupliciter. Uno mõ dicit̃ ſtatus perfectus plenitudine oĩs boni: ⁊ hec beatitudo ponit viſionem dei claram. Et hoc mõ angeli nõ ſunt creati in beatitudine. Alio mõ dicit̃ beatitudo ſtatus perfectꝰ priuatione oĩs mali. et in tali beatitudine ſunt creati. angeli: quia innocentes ⁊ impaſſibiles ⁊c. et huic opinioni concoꝛdat beatus Aug. ¶ Queritur vtrũ angeli fuerint creati in gratia. Solutio. Dicendum eſt ꝙ gratia dicitur tripliciter pro preſenti q̃ſtione.



UVA. BHSC. IyR_242

Uno mõ dicit̃ gratia quicquid naturalib⁹
eſt adiectū. Naturalibus inq̃ que ſunt de
generali cõſtitutione rei: ſicut dicit̃ gr̃a bo
num ingenium. bene cantare ⁊c. Alio mõ
dr̃ gratia illud quod ſuperadditū eſt libe-
ro arbitrio ad rectitudinẽ faciens ⁊ diſpo
nens. ſicut innocentia ⁊ pietas: mititas ⁊c.
Alio modo dr̃ gratia illud quod ſuperad-
ditum eſt tanq̃ rectificans ⁊ cõplens ⁊ ele
uans. ⁊ hec gr̃a dr̃ gratia gratū faciens: q̄r
facit hoīem deo acceptabilẽ. Tunc ad que-
ſitum dr̃ ꝙ angeli fuerunt creati in gratia
primo ⁊ ſcd̃o modo accepta. iuxta illd̃ Aug.
Creauit deus angelos ſimul in eis condẽs
naturã ⁊ largiens gr̃am. non aūt fuerunt
creati in gr̃a tertio mõ accepta. Cõmunis
eñi opinio eſt doctorū ꝙ oēs angeli creati
fuerunt tm̄ in naturalibus ⁊c. ¶ Querit̃
vtrū angelus ꝓ cognitionẽ naturalem di-
uinam eſſentiã cognouerit in ſeipſa. Sol.
Dicendū eſt ꝙ nõ: q̄r hec cognitio eſt p̄mū
premium: quo habito mens creata q̄eſcit
perfecte: hac aūt nemo obtinet niſi gratui
ta dei influentia: q̄r diuina lux eſt marceſſi
bilis viribus oīs nature create. ⁊ ideo per
quandam benignitatis cõdeſcenſionē fa-
cit ſe cognoſci. ita ꝙ in illa cognitione co-
gnoſcẽs multo plus agitur q̃ agat. illa aūt
cõdeſcenſio bonitatis nõ dicit diuine eſſen
tie humiliationem: q̄r minorari nõ poteſt:
ſed dicit alicuius radij immiſſionẽ. ſ; Bon.
ſupra. ij. ſen. ¶ Querit̃ vtrū data ſit an-
gelis future glorificatiõis preſentia. Sol.
Dicendū eſt ꝙ nõ: q̄r talis cognitio magis
ſpectat ad ſtatū premij q̃ meriti. ⁊ ideo de
bet dari qñ creatura in tali actu ponit̃ a q̃
nõ poteſt cadere: ſed angeli erant in ſtatu
tu meriti: ideo nõ eſt eis data preſentia fu
ture glorificationis: ⁊ huius ſignum eſt ꝙ
deus pauciſſimis q̃tumcūq; dilectis reue-
lat certitudinaliter beatificari. ¶ Querit̃
q̃d dicendū de cõfirmatione angelorum. Sol.
Dicendū eſt ꝙ cõuerſionem bonorū ange-
lorum inchoauit volũtas libera: ſed cõfir-
mauit gr̃a ſm̄ Bona. cõpen. ꝟo theo. in. ij.
lib. dicit ꝙ cõfirmationem habet angelus
bonus ex tribus ſc; ex natura: ex gratia: ⁊
ex gloria. Ex natura: q̄r natura ſp̄ualis tm̄
ſemel vertibilis eſt in bonū vel malū niſi
ex vnione eius cū alio impedimentū cauſe
tur ſicut p̄; de aīa q̃ dū eſt in corpore põt
mutari ſepius de bono i malū: ⁊ ecõuerſo.
ſoluta ꝟo nõ. Huius rõ eſt: q̄r natura pure
ſp̄ualis ꝓpter ſimplicitatẽ ſuã totã ſe con-
uertit ad illud qd̃ elegit quod nõ facit na-
tura vnita: q̄r corpus habet retrahens. Ex
gratia habet confirmationẽ: q̄r qñ aliquid
conuertit̃ ſtabili eterno vinculo perpetuo
illa cõnexio ſemper manet: mõ angeli colli
gati ſunt ſtabili eterno ſc; deo: ⁊ hoc vincu
lo indiſſolubili charitatis. vñ Ap̄s. Chari
tas nūq̃ excidit. Ex gloria habet angelus
confirmationẽ: q̄r cū deū habent angeli ꝑ
gl̃iam q̃ eſt forma cõpleta angelici deſide-
rij nõ vagant̃ extra ipſum vt querant q̄cq̃
illo deo melius vel deſiderabil⁹. Nihil eñi
in creaturis inueniunt qd̃ poſſit eos a fon
te dulcedinis auertere. igit̃ tenendū eſt ꝙ
angeli boni ex libertate arbitrij ad deum
conuerſi ſtatim fuerunt per gr̃am ⁊ gl̃iā
immobilitate cõfirmati fideles ac felices ef-
fecti taliter illuminati vt nõ ſolū cognoſce
rent res in ꝓprio genere ſed etiã in verbo
acceperunt inſuper perfectionẽ in virtute
op̄atiua: ſiue exequãt illã ex aſſumpto cor-
pore ſiue al̃s. acceperūt itaq; perfectionē
in virtute contẽplatiua qua quocunq; mit
tantur fruunt̃ ⁊c. ¶ Sequit̃ illa particula
textus. His hoīes grati: vbi auctor nr̃ dicit
ꝙ hoīes deo grati poſt mortẽ aſſociantur
his ordinibus angelorū iuxta eorum merita
vbi cū hierarchijs facie ad faciẽ deum con
templãtes inceſſanter collaudant. Ex qua
lr̃a apparet ꝙ angelorum ruina reparabit̃ ꝑ
beatos hoīes vtriuſq; ſex⁹. Sup hoc tamẽ
ſunt aliq̃ opiniones. nã dicit btūs Aug. ꝙ
tot hoīes ſaluabunt̃ q̄t angeli ceciderunt.
Greg. di. ꝙ tot hoīes ſaluabunt̃ q̄t angeli
ꝑſtiterunt ſeu remanſerūt in celo. Alij di-
cunt ꝙ ruina angelorum reparabit̃ ꝑ ꝟgines
⁊ ſic ſicut ex quolibet ordine aliqui ceciderūt
ita ad quẽlibet ordinẽ exaltabunt̃ ꝟgines
ſm̄ gradus ſuorum meritorū. ⁊ ex alio latere
erūt hoīes vtriuſq; ſexus tot erūt angeli ⁊
virgines ex alia pte ſil̄r ſm̄ gradus ſuorū
meritorum q̄cq̃d ſit hm̄oi determinationẽ re-
mitto diuine diſpoſitioni dicit Anſelm⁹. et
Landul. Sequit̃ l̃rra ps ibi Cernit amat ⁊c.
vbi auct. nr̃ docet act⁹ beatificos et dotes
btõrum di. cernit amatq; deū ⁊c. Pro declara-
tione iſtius lr̃e eſt not. ꝙ vnū qd̃q; tãto ꝑ-
fecti⁹ eſt q̃to magis cõiungit̃ eſſendi p̄nci-
pio. hõ aūt q̃ perfectū eſſe expectat dupli-
cem h; finẽ in intẽrione. q̄r expectat glorifi
cationẽ aīe ⁊ corporis. q̃ quidẽ gl̃ificatio dr̃
beatitudo q̃ eſt ſtatus ꝑfect⁹ cõgregatiõe
oīm bonorum ſm̄ Aug. vñ Eccl̃. i. Altitudinē
celi ⁊ latitudinẽ terre: q̄s dimenſus eſt. Ta

UVA. BHSC. IyR_242

lis eñ glorificatio aie ꝛ corporis in patria
eſt quedā doratio large capiendo. Dos ei
ꝑprie in patria eſt illud qḋ immediate et
ꝓmo deo aiaꝫ iungit vt eſt viſio dilectio cō
prehenſio. Sunt eñ quedā dona patrie ſi-
cut eſt ſapientia ꝛ intellectus ꝙ lꝫ aiaꝫ deo
coniungāt nō tñ ſine habitu medio: ꝛ ꝑpt
hoc non dicunt ꝑprie dotes. ſed aie ꝓmia-
tiones. Dotes eñ ſunt duplices. ſ. corpis ꝛ
aie. Dotes ei a parte aie ſunt ꝗbus deo tā-
ꝙ principio vite ſue ſine habitu medio cō-
iungit ꝑ quas tranſducit in amplexus ſpō
ſi in diſſolutiones ꝛ fruitiones. fruitio eñ
eſt ſm Aug. in lib. de ciui. dei. Amore alicui
rei inherere ꝑpt ſe. ꝛ ſic ſolo deo fruimur.
Dotes eñ ex parte corpis ſunt ꝗbus ipſuꝫ
corpus aie ſubijcit tanꝙ principio vite ſue
ne ꝑ ipſuꝫ aia ab actu glie retardet. Dotes
eñ aie ſunt de primo ſubſtātiali. Dotes ei
corporis ſunt de ꝓmo accidentali. xp̄s eñ
dotes nō habet: qꝛ ſponſus eſt. Dos auteꝫ
poſſeſſio ſponſe eſt ꝙ vſum eiuſdē habebit
poſt mortē viri. Silr angeli nō dicunt ha-
bere dotes: qꝛ cū i nuptijs fit ꝯſenſus aiorꝫ
et vnio naturarū nō dicunt habere dotes:
qꝛ nō poſſunt dici ſponſe. Dos eñ proprie
eſt donatio ſponſe ex parte patris: et hoc
ad vſum ſponſi ꝑpt onera matrimonij: ſed
ad poſſeſſionē ſponſe. In diuinis deus pat
dat ſponſe dotē ad poſſidendū: ſed ſponſo
xp̄o ad gliam ꝛ honorē ꝛ nō ad vſum: quia
bonorū noſtroꝝ nō eget. Donatio ꝟo id qḋ
ꝑpter nuptias a ſponſo dat ſponſe: ꝛ hoc ē
in futuro gaudiū qḋ habebit aia in viſiōe
xp̄i hoīs. paraferna ꝟo eſt qḋ ſponſa ꝑter
dotē: ſicut ſunt munera ꝙ dant ſibi ab ami
cis. Iſtud erit in patria ꝑ gaudiū qḋ habe
bitur de ſocietate bonorū ꝛ de cōgratula-
tione felicitatis eoꝝ. Dotes aie ſunt tres
ſcilꝫ cognitio: dilectio ꝛ inheſio: ſiue tentio
vel fruitio. Iſte numerus accipit ex parte
virtutū theologicarū: qꝛ cognitio ſuccedit
fidei: dilectio charitati: cōprehenſio ſpei.
Uel poteſt capi iſte nūerus ex parte potē-
tiarum anime. Cognitio eñ poteſt appro-
priari intellectiue: dilectio voluntati: com
prehenſio memorie: poteſt etiā iſte nume-
rus accipi ſm tria que appropriant trib⁹
ꝑſonis. Cōprehēſio eñ reſpicit potētie pa-
tris: cognitio ſapientiā filij: dilectio boni-
tateꝫ ſpūſſancti. Cognitio ei ponit rei viſe
pn̄tiam. Cōprehenſio ponit rei cōtingenti
am. Dilectio ponit amātis ad rem amatā
colligentiaꝫ. Prima dos aie eſt cognitio ꝙ
diuina eſſentia videbit ab oībus tota ſed
nō totaliter. i. ꝑut eſt infinita. Uidebit tñ
diuina eſſentia lympidi⁹ ab vno ꝙ ab alio
ꝛ ille defectus erit ex parte videntis ꝛ non
ex parte viſi: qꝛ idē erit viſuꝫ. Beatitudo ei
cōſiſtit in perfecta operatione potētie al-
tiſſime. ſ. intellectiue ꝛ circa obiectū altiſſi
mum. ſ. deū. Ex parte obiecti cū ſit vnū ſim
pliciſſimū nulla poteſt eſſe diuerſitas ſed
ex parte potentie. Trib⁹ modis eñ cogno-
ſcitur aliq̇d ſcꝫ ꝙ eſt ſicut eſt. ꝛ q̇d eſt. Pᵒ
modo cognoſcit deus in via etiaꝫ a malis.
Scḋo modo videbit in patria a bonis. vñ
i. Joh. iij. Similes eñ erimus qñ videbim⁹
eū ſicuti eſt in ſuā maieſtatem claritatē bo
nitatem ꝛc. Tertio mō nec a bonis videbit
nec a malis nec in via nec in patria: qꝛ fini
tum nunꝙ capiet infinitū. Cognoſcere aūt
ieſum in ſua eſſentia eſt viſio meridiana
Cognoſcere ꝟo creaturas i verbo eſt viſio
matutina. Cognoſcere creaturas in ſe hoc
eſt in ꝑprio gn̄e appellat viſio veſpertina.
Uidebit eñ vnuſquiſq; cognitiones alteri
us ꝑut voluerit. vñ Greg. Uniuſcuiuſq; mē
tem alterius oculis corpulentia nō abſcō-
det. Uidebunt itaq; iuſti deū: vt gaudeant
videbunt gloriam ſanctoꝝ pariter vt gau
deant. videbunt penas reproborum vt de
periculorum euaſione gratias agant. Ad
ſciendum quomodo videatur deus ꝛ qua-
liter ſine medio eſt notanduꝫ ꝙ triplex eſt
medium ſcilꝫ deferens: obnubilans: ꝛ diſ-
ponens. Sine medio deferente videbitur
deus quia dei viſio non eſt per diſtantiaꝫ
ſed per preſentiam cum ipſe deus eſſentia
liter ſit vbiq;. Uidebitur etiam ſine medio
obnubilante: quia tollit ſpeculuꝫ ꝛ enigma
que ambo ſunt in via. Cum enim viſus no
ſter i preſenti non poſſit propter debilita-
tem in tam excellenti luce figi neceſſe eſt
habere medium ſcilicet ſpeculum creatu-
re: quia ꝟo infinita eſt diſtantia inter ſpe-
culum ꝛ rem viſam propter hoc obſcure re
lucet ibi ſimilitudo. Unde videmus in eni
gmate. i. obſcure. videbitur ſine medio ſi-
mulachri qꝛ deus cognoſcetur a ſeipſo et
non per aliquam abſtractam ſimilitudinē
alꝭ creatura eſſet termin⁹ ꝛ deus nō eſſet
vere finis oīm. Non autem videbitur de⁹
ſine medio diſponente quod eſt gratia et
gloria: oportet enim proportionem eſſe in
ter viſibile ꝛ viſum. Hec autem diſpoſitio
erit ex parte videntis ꝛ non rei viſe. Me-
dium enim eſt multiplex. Nam quod-



UVA. BHSC. IyR_242

dam eſt medium peccati. Unde Eſaie. lix.
Peccata noſtra diuiſerunt inter nos ⁊ deũ
noſtrũ ⁊ abſconderunt faciẽ eius a nobis
ne exaudiret nos. Illud eſt mediũ impiorꝫ.
Scḋm mediũ eſt creature. Apo. ad Ro. i.
Inuiſibilia dei a creatura mundi ꝑ ea que
facta ſunt intellecta conſpiciuntur hoc eſt
medium philoſophorum. Aliud eſt mediũ
figure. Apoſt. i. ad Corꝫ. x. Oīa in figura cō
tingebant eis. Iſtud fuit medium patriar
charũ ⁊ ꝓphetarꝫ. Aliud eſt mediũ ſcriptu
re. Pſal. Declaratio ſermonũ tuorꝫ illũinat
⁊ intellectũ dat paruulis. Et illḋ medium
eſt theologorꝫ. Quintũ mediũ eſt mediũ fi
dei. Apo. ij. Eſto fidelis vſqꝫ ad mortem ⁊c.
hoc eſt mediũ fideliũ quo tanqꝫ in enigma
te vident deũ. Secũda dos eſt dilectio. vñ
differentia eſt inter dilectionẽ virtutẽ ⁊ di
lectionem dotem: vna differentia eſt ſꝫ ha
bitum: qꝛ virtus eſt id ꝓprie quod tranſit
de ſtatu gratie in ſtatuꝫ glorie. Dos ꝟo eſt
illud quod ſupra meritũ datur ſpōſe. Alia
differentia eſt penes obiectum: qꝛ licꝫ ob
iectum vtrobiqꝫ ſit deus non tamen ſm ꝙ
deus: ſed eſt obiectuꝫ virtutis inqꝫtum eſt
ſumma bonitas ⁊ obiectũ dotis inqꝫtuꝫ eſt
vnibilis in vnũ ſpiritũ. Nota ſuper premiſ
ſis ꝙ fides ⁊ ſpes ſm rem euacuabunt i pa
tria. Charitas ꝟo nec ſm rem nec ſm actũ
eius euacuabit: ſed ſolũmodo ſm modum
qꝛ imperfectio eiꝰ tollet. Fidei enĩ ſm btm̃
Augu. Succedit ſpes quã videbimus. ſpei
ſuccedet beatitudo ad quã peruenitur ſu
mus. Charitas nihil ſuccedet: qꝛ potiꝰ au
gebitur. Tertia dos aīe erit cōprehenſio q̄
eſt tentio viſi ⁊ amati boni ⁊ veri et primi.
et ſumitur hic cōprehendere ꝓ attingere ⁊
nō circũplecti diuinã eſſentiã ⁊c. Dotes cor
poris ſcꝫ charitas: impaſſibilitas: ſubtili
tas: ⁊ agilitas. vnde vna queqꝫ pars perfe
ctius habet eſſe in ſuo toto ꝙ per ſe. vnde
ſicut aīa nunc a corpore corruptibili ſepa
rata perfectiꝰ habet eſſe ꝙ ei coniuncta: ſic
in futuro recōiuncta corpori incorruptibi
li ꝑfectius habebit eſſe quã modo ſepara
ta: qꝛ tunc nō impediet a corpore ſicut bo
no. Quod ſint quattuor dotes corporis pꝫ
nã ad hoc ꝙ corpꝰ ꝑfecte ſit ſubiectum aīe
nec eã impediat in oꝑibus glīe q̄ttuor req̄
runtur quorꝫ duo pertinēt ad ſenſum. alia
duo ꝑtinent ad motũ. Quo ad ſenſuꝫ duo
req̄runt. Unũ vt ſit facile receptabile ſpe
cierũ ſenſibilium ad qḋ diſponit claritas.
Alterũ eſt vt nō ſit receptabile paſſionum
ignobilium: ad qḋ diſponit impaſſibilitas
Quo ad motũ duo requirunt. vnũ eſt ꝙ ꝑ
contrariam inclinationem nō reſiſtat ſuo
motori: ad quod diſponit agilitas. Aliud
eſt vt corpora ꝑ que mouet nō reſiſtant ei
ad qḋ diſponit ſubtilitas. Alio modo pōt
accipi nũerus predictarũ dotiũ ſm ꝓprie
tates q̄ ſunt in elementis: ſcꝫ penes aque
tranſparentiam ſumit claritas: penes ter
re ſoliditateꝫ ſumit impaſſibilitas: penes
ſimilitudinē ignis ſumitur ſubtilitas: pe
nes mobilitatē aeris ſumit agilitas. Alio
mō poſſunt ſumi ille dotes ſꝫ quattuor de
fectus quos habet corpus humanũ a q̄t
tuor elementis q̄bus cōponitur. Habet eñ
corpus humanũ ab igne caliditateꝫ: a ter
ra groſſiciem: ab igne aere paſſibilitatem
ab aqua frigiditatē: ⁊ inde tarditatē. Sed
illa tollunt ꝑ quattuor dotes corporis: xp̄s
enĩ vt recitat Hugo de ſctō victore. Aſſum
pſit quattuor dotes corporis añ paſſioneꝫ
ſuam: claritatem in tranſfiguratione: et agi
litatem qñ ambulauit ſupra mare: ſubtili
tatem in natiuitate: qꝛ ſalua virginali in
tegritate matris natus fuit: impaſſibilita
tem aſſumpſit in cena qñ corpus ſuuꝫ ſuis
diſcipulis dedit manducandũ. Prima dos
corporis eſt claritas. Duo ei ſunt que cau
ſant nunc obſcuritatem in corpore hũano
Unũ eſt materie impuritas: alterũ eſt lu
minis paucitas. tunc ꝟo tollet vtrũqꝫ. Iu
ſti enĩ fulgebunt ſicut ſol. Mat. xiij. Tamē
corpora ſanctorũ nō equaliter erunt clara
qꝛ melior anima corpus habebit lucidum
Unde Apoſt. i. Corꝫ. xv. Stella differt a ſtel
la in claritate: hoc eſt ꝙ ſancti plus vel mi
nus lucent ſm differentiã meritorũ. Clari
tas ꝟo puerorꝫ q̄ poſt baptiſmũ moriũtur
antequã ꝑueniant ad annos diſcretionis cō
parari poteſt lumini lune: qꝛ ſicut luna nō
habet lumē a ſe ſed a ſole: ita iſti non ha
bent glīam ex merito ꝓprio ſed ex merito
xp̄i. Baptiſmus enĩ ex paſſione xp̄i habet
efficaciã. Scḋa dos corporis eſt ſeu erit. i
paſſibilitas que reſultat ex virtute anime
ſuũ corpus potenter cōtinuentis. ita vt a
nullo exteriori agente valeat imutari. ꝙ
uis enĩ corpora ſint cōpoſita ex contrariis
illa tamē cōtrarietas erit ad omnimodam
equalitatē redacta. Differentia enĩ eſt int
impaſſibilitatē ſanctorũ ⁊ ade in ſtatu in
nocentie ⁊ puerorũ in lymbo: qꝛ impaſſibi
litas ſanctorꝫ erit nō poſſe pati. Impaſſibi
litas ade fuit poſſe non pati. Impaſſibili

UVA. BHSC. IyR_242

tas ꝟo puerorū in lymbo erit nihil pati. et
hoc nō eſt ex potentia reſiſtendi leſioni in-
trinſece quā nō habebūt. ſed ex ordinatio-
ne diuine mie q̄ nō permittit eis aliq̄d ad-
hiberi ꝑ quod poſſent ledi. Ex quo ſequit̄
ꝙ ſi tales pueri poſt reſurrectionē ponerē-
tur in igne lederent̄ ab eo. Secꝰ eſt de cor-
poribus glorificatis q̄ ſi etiā ponerent̄ in
inferno nō ſentirent ex hoc aliquā leſionē.
Tertia dos corporis eſt ſubtilitas q̄ aufert
groſſiciem corpis. tanta em̄ erit ſubtilitas
ꝙ poterit ſubintrare corpus ſolidū ⁊c. Si-
cut em̄ in corporibus non glorioſis in ipſa
groſſicies īpedit ne duo corpa in eodē poſ-
ſint eſſe eo ꝙ vnū alteri reſiſtit: ita groſſi-
cies illa ꝑ glie ſubtilitatē tollit̄ a deo ꝙ cor-
pus nō glioſum nō poſſit reſiſtere glioſo.
Sic ḡ apparet ꝙ corpa glioſa ꝑmanebunt
alia corpora nō illa diuidēdo. ſed ſubintrā-
do manēte diſtinctione dimenſionū vtriuſ-
ꝙ corpis. Quarta dos eſt ſeu erit agilitas
q̄ tanta erit ſicut ait beatꝰ Aug. ꝙ ꝓtinus
vbi voluerit ſpūs erit ⁊ corpus. verūtamē
ſicut melior aīa corpus habebit lucidiꝰ ſic
⁊ agilius: ita tñ ꝙ volūtas ſanctoꝝ erit oī-
no cōiuncta rōni. vñ volūtas nunꝙ vult ꝙ
non debet. ¶ Querit̄ q̄re corpa mō ſunt
tarda ⁊ tunc agilia. So. q̄ nūc in corpe du-
plex eſt motus ſ. natura elemēti predomi-
nans q̄ mouet ad determinatū locū ⁊ volū-
tas aīe q̄ mouet indifferenter ad quēlibet
locū. nūc igit̄ corpa tarda ſnnt in cōtraria
inclinatione nature ad voluntatē q̄ terra
predominans naturaľr deorſum trahit. in
futuro aūt natura erit totalit̄ ſubdita vo-
luntati. vnde corpus mouebitur ad impe-
rium ſpiritus.

¶ Sequitur de aureolis.

Aureola eſt mētis ſpe-
ciale gaudiū veniēs ex ope-
re excellēti ⁊ priuilegiato.
Pro quo eſt ſciendū ꝙ ſicut
ex gaudio eſſentialis p̄mij
qđ eſt aureū redūdat in corpore q̄dam de-
cor q̄ eſt gloria corporis: ita ex gaudio au-
reole reſultat aliq̄s decor in corpore: ⁊ vt ſic
aureola principaľr ſit in mēte ſed ꝑ quan-
dam redundantiā fulget etiā in carne q̄re
ſciendū eſt ꝙ decor cicatricū q̄ in martyrū
corporibus apparebit nō pōt dici aureola
q̄ aliqui martyres cicatrices nō habebūt
vtputa illi q̄ ſunt ſubmerſi vľ famis ī edia
vel tentatione diutina carcerū ⁊ interēpti:
tamen iſti habebūt aureolā. Tribꝰ eī gene-
ribus hoīm debet̄ aureola: qđ patz multi-
plici rōne. p̄ma ex opibus excellentiſſimis
triū aīe potentiarū. Excellentiſſimū eī opꝰ
rationaľr potētie eſt predicatio ꝟitatis. ex-
cellentiſſimū opus cōcupiſcibiľr eſt obſer-
uatio caſtitatis virginalis. Excellentiſſimū
opus iraſcibilis eſt perpeſſio mortis. Vñ
patet ꝙ predicatoribꝰ martyribꝰ ⁊ virgini-
bus debet̄ aureola. Hoc em̄ ſatis patet ex
hoſtibus q̄s vincimus q̄ ſunt mūdus: caro
demonia. martyres em̄ vincūt mundū. vir-
gines carnē. predicatores dyabolū. nō ſolū
de ſe ſed expellunt de corporibꝰ alioꝝ. Alio
mō patet per victoriā triplicium paſſionum
ſunt em̄ paſſiones innate: illate: ⁊ in cordi-
bus alienis. paſſiones innatas vincunt vir-
gines: illatas martyres. Illas ꝟo q̄ ſunt in
alienis cordibꝰ vincunt ꝑdicatores. Itē iſte
aureole pñt ꝓbari exēplo xp̄i q̄ fuit doctor
q̄ veritatē mundo manifeſtauit. Fuit mar-
tyr q̄ paſſionez ſuſtinuit. Fuit virgo q̄ pu-
ritatem ſeruauit. Itē poſſunt ſumi aureo-
le ſm̄ prefigurationē in veteri teſtamento.
Legit̄ em̄ in Exod. ꝙ tria habebant aureo-
las. ſ. altare incenſi: archa federis: ⁊ menſa
ꝓpoſitionis. Prima ſignificat aureolā mar-
tyrum q̄ corpora ſua ſuper altare paſſio-
nis imolauerunt. Scđa ſignificat aureolā
virginū q̄ ſicut archa federis auro fuit in-
tus ⁊ extra decorata: ita virginitas mentē
et corpus ornat. Tertia ſignificat aureolā
predicatorū q̄ ſicut menſa ꝓpoſitionis mi-
niſtrant panes doctrine. Aureola diminu-
tiue đr ⁊ hoc in cōparatione ad aureā. Pro
quo eſt notandū ꝙ differentia eſt inter au-
ream: aureolā: ⁊ palmā. Nā aurea eſt pre-
mium ſubſtātiale quo metaphorice đr co-
rona. tñ ex parte meriti q̄ nō reſpōdet ge-
neri opis ſed radici charitatis: tñ ex parte
premij: q̄ ꝑ hoc efficit̄ homo particeps di-
uinitatis ⁊ ꝑ ꝯñs regie poteſtatis: tñ etiā rō-
ne ꝑfectionis qđ ſignificat figura circula-
ris. aureola ꝟo eſt premiū accidentale: nō
tñ quodlibet accidētale ſed illud qđ reſpō-
det operi excellenti ⁊ ꝑuilegiato ſcz marty-
rio virginitati: ⁊ predicationi. Palma eſt
premiū accidētale quoddam ꝙ nec radici
nec opi debet̄: ſed volūtati. Tale premiū ha-
buit btūs Martinꝰ ex eo ꝙ martyriū deſi-
derauit licz opus nō fuerit ſubm. Vñ can-
tatur de ipſo qđ ⁊ ſi gladiꝰ ꝑſecutoris non
abſtulit: tñ palmā martyrij nō amiſit. Hec
em̄ palma nec aurea: nec aureola dici đz.



UVA: BHSC. IyR_242

¶ Sequitur de aureolis in ſpeciali.

Aureola prima debetur martyrib⁹ in q̄bus ꝑfectiſſima victoria eſt de impugnatiōe exteriori. ⁊ hec ꝑfectio victorie cōſideraṫ ex duob⁹. ꝑmo ex magnitudine paſſiōis: q2 inter oēs paſſiōes illatas exterius ꝑcipue mors tenet locū. Secūdo cōſideraṫ ex cauſa pugne q̄ xp̄us eſt. Martyrē eñ nō facit pena: ſꝫ cā. i. mors ſuſcepta ꝓpter xp̄m. ¶ Sciēdū tñ eſt ꝙ martyrio nō debeṫ premiū ſm hoc ꝙ exteri⁹ infligitꝛ: ſed ſm hoc ꝙ volūtarie ſuſtinetꝛ: q2 nō meremur niſi ꝑ ea q̄ ſunt in nobis: ⁊ nō ꝑ ea q̄ ſūt extra nos: ſicut nec demeremur niſi ꝑ ea q̄ ſunt intra nos: ꝙto aūt. i. q̄ ſuſtinet volūtarie difficili⁹ eſt volūtari ſuſtinere. tāto volūtas que ꝓpter ip̄m id ſuſtinet oſtēditur firm⁹ in xp̄o fixa: ⁊ ideo excellentius ei ꝑmiū debeṫ. ¶ Aureola ſcḋa debeṫ v̄ginib⁹ ꝓpter ſingularē victoriā quaꝫ de carne obtinuerūt ꝯtra quā bellū continue geritꝛ: ꝙuis eñ vidue pugnēt ꝯtra carnem ꝑfectius tñ v̄gines triūphant q2 nobiliſſimū gen⁹ eſt victorie nūq̄ hoſti ceſſiſſe. Illis v̄ginib⁹ debeṫ tm̄modo aureola q̄ ꝓpoſitum habuerūt v̄ginitatē ꝑpetuo ꝯſeruādi: ⁊ꝫ hoc ꝓpoſitū fuerit interruptū cogitatiōe: dū tñ remaneat carnis integritas: q2 v̄ginitas mentis reparari pōt: ſed non v̄ginitas carnis ſi corrūpaṫ ſeu amittaṫ. Si aūt aliqua ſit v̄go etiā ſi ꝓpoſitum nō habuit ſeruādi ꝑpetuo v̄ginitatē: non eſt dubiū q̄n habitura ſit ſp̄ale gaudiū de incorruptiōe corpis ſup eſſentiale gaudiuꝫ ſicut etiā innocētes de hoc gaudebūt ꝙ imunes a pc̄ō fuerūt ꝙuis peccandi oportunitatē nō habuerint. ¶ Queriṫ q̄d dicendum de illa q̄ corrūpiṫ violēter. So. dicendum eſt ꝙ nō admittit aureolā v̄ginitatis vñ dicebat btā lucia ſi inuitā me corruperis merces mihi duplicabiṫ coronā. qḋ nō eſt intelligēdū de aureola duplicata. ſꝫ q2 duplex ꝑmiū reportabit: vnū ꝑ v̄ginitate cuſtodita: ⁊ aliō ꝑ iniuria quam paſſa eſt. Fruct⁹ eñ cēteſim⁹ debeṫ v̄ginib⁹ q2 vitaꝫ celeſtē ducūt. Viduis debeṫ fruct⁹ ſexageſim⁹ q2 tales exercere ſe debēt in opib⁹ mie Cōiugatis debeṫ fruct⁹ triceſim⁹: q2 talib⁹ ſufficit ip̄lere decalogū i fide trinitatꝭ. Aureola tertia debeṫ ꝑdicatorib⁹: q2 ꝑfectiſſima victoria ꝯ diabolū obtineṫ qū aliq̄s nō ſolū diabolo ip̄ugnāti nō ceditꝛ: ſꝫ etiā euꝫ de regno ei⁹ expellit ⁊ nō ſolū a ſe ſꝫ etiam aliꝗs. Iſta eñ aureola debeṫ ſolū illis q̄ licite exercēt actū ꝑdicādi: ſcꝫ ꝑlatis qb⁹ cōpetit ex officio ꝑdicare ⁊ docere nō debeṫ hec aureola niſi actu ꝑdicēt q2 aureola nō debeṫ habitui ſꝫ actui pugne. iuxta illud Apo. ij. ad Thi. iij. Nō coronabiṫ niſi q̄ legitime certauerit. Predicare eñ ⁊ docere cū ſint act⁹ mie inter ſp̄uales elemoſynas cōputātur. Btōꝝ gaudia ſub epylogo numerātur in fine cōpē. theo. nō ſingula q̄d generꝫ ſꝫ ſinguloꝝ gn̄a. tot eñ gaudia particularia. Quilibet btūs hꝫ in ſe vel in aliꝗs quot ea ſoli⁹ dei noticia cōprehēditꝛ: ⁊ illi quos ſumma ſapiētia voluit ea ſcire tātū. Nāq3 gaudebit q̄ſq3 ꝺ bono alteri⁹ q̄tū de bono ꝓpo qḋ tñ nō eſt intelligēdū de intēſiōe gaudij ſꝫ de nūero gaudioꝝ. Tot eñ ⁊ tāta ſunt ibi ſumma gaudia ꝙ oēs ariſmetici hui⁹ mūdi nō poſſent ea oīno numerare. oēs geometre meſurare: grāmatici. logici: rhetorici nō poſſent illa ſermōib⁹ explicare: q2 qḋ ocul⁹ nō vidit nec auris audiuit: nec in cor hoīs aſcēdit ꝑparauit de⁹ diligētibus ſe. i. ad Coꝝ. ij. Gaudebūt eniꝫ ſancti ſupra ſe de viſiōe. infra ſe de celi angeloꝝ hoīm ⁊ aliaꝝ creaturaꝝ pulchritudine ⁊ aſſociatiōe. intra ſe de corpis ⁊ aīe glorificatiōe. De⁹ eñ oēs ſenſus ſp̄uales ineffabili delectatiōe reficiet: cū ip̄e obiectum oīm ſenſuū ſp̄aliū ſit futur⁹. Erit de⁹ nāq3 ſpeculū viſui: cythara auditui: mel guſtui balſamū olofactui: ſlos tactui: ibi erit candor lucis īeſtimabilis: amenitas vernalis abūdātia autūnalis: reqēs hyemalis. vñ btūs Aug. Fulget qḋ non capit loc⁹: ſonat qḋ nō capit tp̄s: olet qḋ nō ſpargit flatus ſapit qḋ minuit edacitas. heret qḋ non diuellit ſocietas. Ibi de⁹ videbiṫ ſine fine: ⁊ ſine faſtidio amabiṫ: ſine fatigatiōe laudabitur: nihil eñ eſt extra qḋ appetaṫ: nihil intra qḋ faſtidiat. vñ idē Aug. in lib. de corporis ⁊ aīe miſeria vita. O caro illā vitā amplecti debuiſti: vbi vita ſine morte: vbi iuuētus ſine ſenectute: vbi lux ſine tenebris vbi gaudiū ſine triſticia: vbi pax ſine diſcordia: vbi volūtas ſine iniuria: vbi regnū ſine cōmutatiōe. ⁊ idē Augu. Id qḋ ꝑmittit deus ſine non capit: ſpe nō attingiṫ: charitate nō cōprehēdiṫ: deſideria ⁊ vota tranſcēdit: acq̄ri pōt extimari nō pōt. ibi erit ꝑſentia oīs boni: ⁊ abſentia omis mali. Et beatus Berū. ad idē dicit. Merces ſctōꝝ

UVA. BHSC. IyR_242

tam magna eſt ꝙ nõ põt numerari: ita copioſa ꝙ nõ põt finiri: ita precioſa ꝙ non põt eſtimari ꝛc. ¶ Summarie glorie enumerantur cõiter duodecim fruct⁹. Primus ſanitas ſine infirmitate. vnde ps. Qui ſanat oẽs infirmitates tuas. Scđs fructus iuuẽtus ſine ſenectute. vñ ps. Renouabitur vt aquila iuuẽtus tua: q2 in etate xpi ſcilicet xxxiij. annoꝝ ſemꝑ manebunt ſcđm vt dicit apl's ad Ephe. iiij. Donec occurram⁹ oẽs in veritatẽ fidei ꝛ agnitiõis filij dei in virum ꝑfectũ ꝛ menſurã etatis plenitudinis xpi. Tertius fructus eſt ſacietas ſine faſtidio. vñ ps. Satiabor cũ apparuerit gloria tua. Quartus fruct⁹ eſt libertas ſine ſeruitute vñ ad Ro. viij. Creatura liberabit a ſeruitute corruptiõis in libertate glorie filioꝝ dei. Quintus fruct⁹ eſt pulchritudo abſq3 difformitate. vnde ad Philip. iij. Reformabit corpus humilitatis nr̃e ꝯfiguratũ corpori claritatis ſue. Sextus fruct⁹ erit impaſſibilitas ſeu immortalitas Eſaie. xxv. Precipitabit dñs mortẽ in ſempiternum. Septim⁹ fruct⁹ eſt abũdantia ſine indigẽtia. vnde Deut. viij. Rerũ oĩm abũdãtia ꝑfrueris. Octauus fruct⁹ eſt pax abſq3 ꝑturbatiõe. Nonus fruct⁹ eſt ſecuritas ſine timore. De his duobus Eſa. xxxij. Sedebat populus meus in pulchritudine pacis et in tabernaculis fiducie: et in reqe opulẽta Decimus fructus eſt cognitio abſq3 ignorantia. vñ Apo. i. ad Cor. xiij. Uidem⁹ nũc per ſpeculũ in enigmate: tũc aũt facie ad faciẽ: nũc cognoſco ex ꝑte: tũc cognoſcã ſicut ꝛ cognitus ſum. Undecimus fructus eſt gloria ſine ignominia. vñ Apo. ad Col. iij. Cũ eñi xps appuerit vita nr̃a: tũc ꝛ vos apparebitis cũ ipſo in glĩa. Duodecimus fruct⁹ eſt gaudiũ ſine triſticia. Eſa. li. Tunc qui redẽti ſunt a dño reuertẽtur ꝛ veniẽt in ſyon laudãtes deũ ꝛ leticia ſempiterna ſupra capita eoꝝ. Gaudiũ ꝛ leticiã obtinebũt: ꝛ fugiet dolor ꝛ gemit⁹. ꝛ Math. xxv. Intra in gaudiũ dñi tui. ꝛ Joh. xv. Gaudebit cor veſtrũ ꝛ gaudiũ veſtrũ nemo tollet a vobis. Iſti eñ fruct⁹ figurant̃ ꝑ. xij. fructus ligni vite q̃ erãt in medio paradiſi. vñ Apo. vl. Or. Beati q̃ lauãt ſtolas ſuas i ſanguine agni vt ſit poteſtas eoꝝ in ligno vite ꝛ per portã intrẽt in ciuitatẽ ꝛc. ¶ Queritur vtrum electi memorantur maloꝝ que ꝑpetrauerũt ꝛ a q̃bus liberati ſunt. So. ſcđm Boñ. Propter oſtẽſionẽ diuine iuſticie in retribuendo rememorabũtur oĩa bona ꝛ mala in q̃bus homĩes ꝑmãſerũt finaliter: q2 iſta ſola ſunt digna retributiõe Propter ĩo oſtẽſionẽ diuine mĩe de ꝑteri to rememorabũtur mala a q̃bus ſunt miſericorditer ꝛ liberati hoc generabit in eis leticiã. vnde beatus Augu. Uis diuina aderit qua fiet vt oĩa ad memoriã reuocẽtur Huic concordat magi. ſen. xliij. diſt. iij. di. Sepe leti triſtiũ meminimus ſine dolore ꝛ inde amplius leti ꝛ grati ſum⁹. Ex quib⁹ apparet ꝙ ſi prioꝝ maloꝝ memoriã ſancti habeãt in futuro nõ erit eis ad penam vel glorie derogationẽ: ſed ad gratiarum actionẽ ſcđm eundẽ magi. di. preallegata. ¶ Queritur vtrũ peccata q̃ fecerũt electi in iudicio ꝑdeant in noticiã oĩm ſicut mala dãnatoꝝ. Sol. magi. xliij. diſt. iiij. Talis enim ratiõabiliter putari põt peccata hic penitẽtiam deleta ꝛ tecta illic etiam tegĩ alijs. Alia vero peccata que non ſunt deleta ſicut peccata damnatoꝝ cũctis ꝑpalari ¶ Sequitur quinta pars ibi. Ergo mundanis ꝛc. vbi auctor noſter exhortat vnũquẽq3 rebus mundanis ſpretis tendere ad illam ciuitatẽ celeſtẽ in qua ſunt tot ꝛ tanta ineſtimabilia gaudia. Text⁹ eſt de ſe clar⁹. Sed q2 glorificatio corpis ꝓſupponit reſurrectionẽ eorũdẽ. Idcirco intẽdo hic aliq̃d dicere de reſurrectiõe ꝛ extremo iudicio generali. Anteꝙ veniet dñs ad iudiciũ regni romani fiet defectio. Nã ſicut dicit glo. ſupra Apoc. pri⁹ erit diſceſſio a romano imperio: quia impleta aderit antixps hic ex parẽtũ ſemine cõcipiet: ſed poſt conceptum deſcendet ſpiritus malignus in matris vterum cum virtute ꝛ operatiõe. Deinde puer naſcet̃ ablactabit̃ adoleſcet ꝓpter q̃d ꝛ filius perditionis dicetur. Naſcetur eñi in babylone de tribu dan. ſicut dicit glo. ſupra Apoc. Poſt hec venit in hieruſalẽ ꝛ circũcidet ſe dicens iudeis ſe eſſe xpm ſeu meſſiam illis ꝑmiſſum. Uñ plebs iudaica ſpecialiter adherebit ei ſicut dicit glo. ſupra Apoca. et idem tenet compẽ. theolo. in fine. donec Enoc ꝛ Helya predicantibus reuertantur ad xpm. Angelus bonus deputabitur ad cuſtodiam antixpĩ ſed quãdo ita obſtinabit̃ in peccato ꝙ dicet ſe eſſe deũ ꝛ extollet ſe ſupra omne illđ quod dicitur deus: aut colitur ſicut legit̃. ij. ad Theſſal. ij. c. vbi dicit̃ de antixpo qui aduerſatur et extollitur ſupra omne illđ quod dicitur deus aut quod colitur: ita vt in tẽplo dei ſedeat oẽſtdens ſe tanꝙ ipſ



UVA. BHSC. IyR_242

ſe ſit deus. tūc angelus bonus deſeret euꝫ
ex toto nec habebit eū poſtmodū ad ꝓmo
tionē ſed ad accuſationē. Antixp̄s erit luxu
rioſus⁊ in cōcupiſcētijs feminaꝝ. Dan̄. xi. c.
In aperto tm̄ ꝑ hypocriſim ſimulabit ſe ſan
ctum ⁊ iuſtuꝫ vt facili⁹ decipere poſſit. Cor
ſuū ꝑ ſuperbiā magnificabit. ⁊ ſicut habet
Dan̄. xi. Eleuabit aduerſus oēm deū ⁊ ma
gnificabit ⁊ aduerſus deū deorū loquetur
magnifica. Cōtra principē principū cōſur
get. i. ꝯtra deū. Dan̄. viij. Et ſicut dicit glo.
ſupra Dan̄. vij. c. In tantā eleuabit ſupbiaꝫ
vt leges et cerimonias mutare conetur et
tp̄is curſum. Tante ei preſumptionis erit
ꝙ nō putabit ſe a deo puniendū ꝓpter hoc
ꝙ iudiciuꝫ differt. vn̄ p̄s. Auferent iudicia
tua a facie eius. Antixp̄s em̄ erit blaſphe
mus. vt dꝛ Apo. xiij. vn̄ Dan̄. viij. Sermonē
cōtra excelſum loquet. ¶ Ad maiorē em̄ cō
tumeliaꝫ faciet ymaginē ſuā adorari ⁊ oēs
ſuos caractere ſignari i manu dextra et in
frontibus ſuis ſicut hr̄ Apo. xiij. Ut ne q̇s
poſſit emere vel vendere niſi q̇ habeat ca
racterem noīs beſtie. ſ. antixp̄i. Confitebit
em̄ ſe verū dei filiū ⁊ filiū hoīs: ita vt in tē
plo faciat ſe adorari vt deus. Judei quoqꝫ
templū qḋ romani deſtruxerunt reedifica
bunt. Itē antixp̄s affirmabit an̄ ſe nullum
fuiſſe xp̄ianum ſed oēs antixp̄os fuiſſe. Di
citur em̄ in glo. ad Theſſa. ij. ꝙ ſicut in xp̄o
oīs plenitudo diuinitatis habitauit: ita in
antixp̄o oīs plenitudo iniq̄tatis: q꞉ in ipſo
erit caput oīm maloꝝ. ſ. dyabolus. merito
cōparat antixp̄s in Apoc. Ceraſti q̄ eſt ſer
pens cornutus: q꞉ antixp̄s quattuor corni
bus armabit. ſ. callida ꝑſuaſione ⁊ miracu
loꝝ ꝑatione: donoꝝ largitione: tormēto
rum exhibitione. Primus mod⁹ ſubuerten
di hoīes erit callida ꝑſuaſio. Predicabit ei
legē nouā prauā eſſe ⁊ legē xp̄i ꝓ poſſe de
ſtruet. Predicatores quoqꝫ ſui diſcurrēt ꝑ
diuerſas partes mundi ⁊ impediēt ne ſcri
ptura ſacra a fidelibus audiat. ipſi em̄ bo
nos ſe ſimulabūt eſſe: ⁊ tm̄ mala ſuadebūt.
Scḋs mod⁹ ſubuertendi erit ꝑ falſa mira
cula: q꞉ ꝑ magicā artē faciet illa. vn̄ glo. ſu
pra Apoc. xiij. Magica arte faciet ſtatuaꝫ
loq̇ et futura predicare ſeu dicere. Faciet
etiā ſicut dꝛ Apoc. eodē. c. Ignem de celo in
terrā deſcēdere. glo. i. malignū ſpm̄ faciet
ſupra ſuos deſcēdere vt loquant varijs lin
guis. Sp̄s em̄ malignus deſcēdet in eos
in cōſpectu hoīm ſicut ſp̄ūſſanctus deſcen
dit in ap̄los xp̄i. Unde iactabunt ſe eē me
liores apoſtolis qui ſpiritū ſanctū accepe
runt. Itē per artē magicaꝫ ſimulabit ſe eſſe
mortuū ⁊ putabit ab oībus reſurrexiſſe q̄
prius mortuus ꝑ triduū putabat: ⁊ tūc mi
rabuntur populi ⁊ adorabunt eū atqꝫ lau
dabunt. Eccleſia xp̄o tunc nō faciet miracu
la. De hoc decipiendi mō dicit p̄s. Inſidiat
in abſcondito quaſi leo in ſpelūca ſua. glo.
recte antixp̄s cōparatur leoni exn̄ti in ſpe
lunca: q꞉ in eo vis ⁊ dolus ꝑabitur. Uis eſt
per leonē. Dolus ꝑ ſpeluncā intelligit. ꝓpt
hoc dicit Greg. Penſemus q̄ erit humane
mentis illa tētatio qn̄ prius martyr corp⁹
tormentis ſubijcit: ⁊ tm̄ tortor ante oculos
eius miracula facit. Sicut em̄ antixp̄s fin
get ſe a mortuis reſurgere: ita ſe finget ad
celum aſcendere. Apoc. xiij. Et plaga mor
tis eius cauda eſt. glo. arte magica aſcen
det antixp̄s in aera ferentibus eū demoni
bus. Faciet quoqꝫ ſubito arbores florere ⁊
areſcere. etiā mortuos in cōſpectu oīm ſu
ſcitabit. Tertius modus decipiendi erit ꝑ
munera. Ipſe em̄ antixp̄s inueniet theſau
ros abſconditos per quos diuites huius
ſeculi ad ſe attrahet. ⁊ tunc eorum falſam
felicitatem ad decipiendum aliquos oſtē
tabit. Quartus modus decipiēdi erit per
minas ⁊ tormenta quos aliter vincere nō
poterit. Tanta em̄ ſicut ait dn̄s in euange
lio Math. xxiiij. Tunc erit tribulatio vt in
errorem ducantur. ſi fieri poſſet etiam ele
cti. ⁊ hoc tangitur in Apoc. in. ij. ca. Pedes
eius ſiles auricalco ſicut in camino ardēti
Per pedes vltima xp̄i mēbra: ꝑ caminū ar
dentem tribulatio vehemens deſignat. Ex
hibebit em̄ antixp̄s cuncta genera tormen
toꝝ q̄ in p̄cedentib⁹ martyrib⁹ īpleta ſunt
⁊ in illis regionib⁹ fideles vehemēti⁹ ſunt
vexādi vbi fuit dn̄s crucifix⁹. Et ſicut dicit
glo. ſupra Apoc. Illa tribulatio nō ꝑtes ſꝫ
ſimul totū mūdū examinabit. Soluent ei
demones q̄ modo ligati ſunt nec pn̄t noce
re ꝙtum vellent. Fideles illo tp̄e nō predi
cabunt: q꞉ tanqꝫ excōicati habebunt tunc
boni. nec vēdet eis nec emet ab eis q̄cqꝫ niſi
habeāt caracterē. i. ſignū quoddā ad lr̄am
vt adherētes ſibi cognoſcant ⁊ alij interfi
cient. Sicut ei antixp̄s crudelior erit oīb⁹
ꝑſecutorib⁹ ita ſancti tūc tp̄is erūt fortio
res oībus an̄ martyrib⁹. Cauda ei⁹ trahe
bat tertiā partē ſtellaꝝ celi ⁊ miſit in terrā
Apoca. xij. Trahet malos per munera: bo
nos per tormenta: ſimplices ꝑ predicatio
nem ⁊ miracula q̄ em̄ ſancti ⁊ iuſti videbā

UVA. BHSC. IyR_242

tur ꝛ credebātur adherebūt ei pro ſue vo-
luntatis arbitrio. Habebit ſecū magos et
maleficos reges ꝛ principes. vñ Apoc.xiij.
Uidi de mari beſtiam aſcendentē.glo. id ē
antixp̄m hñtem capita ſeptem id eſt prin-
cipes vniuerſos: ꝛ cornua decem.i.eos qui
impugnant decalogū. Antixp̄s eñ primo
veniet in ſimplicitate benignitate ꝛ mira-
culoꝝ operatione: ꝛ tunc a iudeis ſuſcipiet
qui ſpāliter vt dixi ſuperiꝰ adherebūt ei.
Ad quoꝝ cōuerſionē veniēt Enoc ꝛ Helyas
Et tunc antixp̄s in aptam ꝑſecutionē ꝯſur
get. De Goc ꝛ Magoc. dicūt quidā ꝙ ſunt
decē tribus vltra mōtes caſpios clauſe: ta
men nō ita clauſe quin bene poſſent exire
ſi ꝑmitterent: ſʒ nō ꝑmittūt a regina ama
zonū ſub cuius iuriſditione ſunt et viuūt.
Has tribꝰ hñt iudei in fine ſeculi exituras
ꝛ vēturas in Hieruſalē ꝛ cū ſuo meſſia: ſcʒ
antixp̄o.ſ.dei eccleſiā deſtructuras. Alij di
cūt ꝙ ꝑ Goc ꝛ Magoc intelligit exercitus
antixp̄i q̄ in fine ſeculi veniet expugnare
eccleſiā. Per Goc ſʒ glo. intelligūtur illi ꝑ
quos latēter diabolꝰ ꝑſequit fideles: per
Magoc aūt intelligūtur illi ꝑ quos apte
diabolꝰ ꝑſeq̄tur eccleſiā: vel ꝑ Goc deſigna
tur occulta ꝑſecutio xp̄i. Et ꝑ Magoc deſi
gnat manifeſta antixp̄i ꝑſecutio ſm autē
beatū Aug. Goc refert ad gētes. Magoc
ad diabolū: qꝛ Goc interp̄tat domꝰ ꝛ Ma
goc detectio. Inter occultū aduentū anti
xp̄i q̄ erit ꝑ natiuitatē ꝛ manifeſtū eius ad
uentū q̄ erit ꝑ predicationē ꝛ aptā ꝑſecuti
onem venient Helyas ꝛ Enoc ꝛ cōuertent
ſicut dicitur Malachie vltimo. Corda pa
trum ad filios glo.i.inſtructionē poſterio
rum de fide ſaluatoris in quē ipſi credide
runt ꝛ corda filiorū ad patres eorū.gloſa.
¶ Quia ſuſcipiēt fidē quā illi habuerunt.
De eorū predicatione ꝛ ſancta cōuerſatio
ne legitur. Apocalip.xi. Dabo duobus te-
ſtibus meis ſcʒ Helye ꝛ Enoc. Et ꝓpheta-
bunt diebꝰ mille.cclxvi.gloſa p̄ma. Tribꝰ
annis cum dimidio ſicut ipſe xp̄s predica
uit amicti ſaccis.glo. Predicātes pñiam ꝛ
exemplū penitentes. Hi.ſ. Enoc ꝛ Helyas
ſunt due oliue ſpūſancto vncti ꝛ duo can-
delabra.glo. Dātes lumen alijs. Tandem
antixp̄s faciet īterfici Enoc ꝛ Heliā in Hie
ruſalē ꝛ iacebūt corpora eoꝝ in plateis tri
bus diebus ꝛ tribus noctibꝰ cū dimidio: ꝛ
quia nullus audebit corpora eorū ſepeli-
re ꝓpter metū antixp̄i. Apoca.x. Corpora
eorum nō ſinentur poni in monumento.
Occiſores eoꝝ erūt valde leti ꝓpter mor-
tem illorū: poſt dies tres ꝛ dimidiuʒ ſpūs
vite a deo intrabit in eos ꝛ ſuper pedes
ſuos ſteterūt ꝛ timor magnus cecidit ſuꝑ
eos qui viderūt eos ꝛ audierūt vocē ma-
gnam dicentē illis. Helya ꝛ Enoc aſcēdite
huc: ꝛ aſcēderūt in celū in nube: ꝛ viderunt
illos inimici eorum ꝛ in illa hora factꝰ eſt
terremotus magnus et decima pars ciui
tatis cecidit ꝛ occiſi ſunt in terremotu ſe-
ptem milia hominum ꝛ reliqui in timore
miſſi ſunt ꝛ dederunt deo gloriā celi. Apo
calip.xi. Antixp̄s vero regnabit poſt mor-
tem illorum.xv.diebus. Regnabit eñ an-
tichriſtus ſicut dicit glo.ſupra Apoca. Tri
bus annis cū dimidio. vnde Danie.xij. Iu-
rauit angelꝰ ꝑ viuentē in eternum: quia in
t̄pe vniꝰ anni ꝛ t̄pa.ſ.duoꝝ annoruʒ ſpacio
ꝛ dimidij t̄pis et dimidij anni hoc eſt ſm
glo. Spacio trium annorum cuʒ dimidio
durabit deſolatio ſub antixp̄o: niſi aut ab
breuiati fuiſſent dies illa non fieret ſalua
omnis caro. Math.xxiiij. Sed ꝓpter ele-
ctos breuiabuntur dies illi. Unde Grego-
rius. Quia ꝛ ſuperbos nos ꝛ infirmos
reſpicit deus dies quos ſingulariter ma-
los intulit miſericorditer breuiatos dicit
Ex illa glo.ſupra Math. Dicitur ꝙ hec tri
bulatio ꝓ ceteris grauior: tanto breui-
tatis moderatior. Poteſtate ſua interfici-
et dominus antichriſtum ſicut dicit gloſa
ſupra Apoca. ſiue per ſe ſiue per michalē
Occidetur autē in monte oliueti in papi-
lione ꝛ in ſolio ſuo ꝛ in loco illo circa queʒ
dominus aſcendit. Interfecto antichriſto
non ſtatim dominus veniet ad iudicium
ſed ſm glo.ſuper Danie. concedentur qua
dragintaquinq̄ dies ad refrigerium ſan-
ctorum et ad penitentiam ſubuerſorum.
Quantum autem ſit ſpacium inter illos
quadragintaquinq̄ dies ꝛ finē mundi ne
mo ſit. Miniſtri autē antichriſti poſt mor
tem illius gaudebūt ducentes vxores ꝛ di
centes. Licet princeps noſter mortuus ſit:
tamen habemus pacem ꝛ ſecuritatem. Et
hoc vel talia dixerint repētinus eis ſuꝑue
niēt interitus. Iudei vero tunc conuerten
tur ad fidem ꝛ ſancta eccleſia vſq̄ ad finē
mundi pacificata cōquieſcet: quia extunc
fraudulentia ꝛ ſeuitia diaboli penitus de
ficiet. Anteq̄ dominus noſter ieſus xp̄us
veniat ad iudicium generale precedēt.xv.
ſigna: vt recitat beatus Ber. Beatus Hie-
ronymus in hyſtorijs hebreorum dicit ſe

UVA. BHSC. IyR_242

recepiſſe illa ſigna ⁊ plures alij famoſi do
cto. dicūt ſic. In pͥma die. xv. dieꝝ añ aduē
tum dñi ad iudiciū mare eleuabit. xl. cubi
tis ſup montes excelſos extra ſuū ꝓprium
locū nō efflueñs. Scd̃a die mare ꝓſternet
baſſe et vix poterit videri. Tertia die ma
re veniet ad ſuū antiquū ſtatum ſicut fue
rat naturalr̃ ab exordio. Quarta die oēs
belue maris leuabūt ſe ſupra pelagus et
mugient more cōntentiōis ⁊ neſciēt hoies
quid cogitent ſed deus. Quinta die volati
lia congregabūtur in cāpis vnūqdꝙ gen⁹
in ordine ſuo ⁊ erũt quaſi plorātia ⁊ nō gu
ſtātia: ſʒ aduētū iudicis timētia. Sexta die
flāma ignea cōſurgēt ab occaſu ſolis ꝯtra
faciē firmamēti vſꝙ ad ortū ꝯcurrētia. Se
ptima die ſydera errantia et ſtadionaria
ſpargent ex ſe comas igneas. Octaua die
terremot⁹ erit magnus: ita vt null⁹ poſſit
ſtare: ſʒ ad terrā oīa aīalia ſternentur. No
na die oēs lapides tā parui ꝙ magni ſcin
dētur in q̄ttuor pres: ⁊ vnaqueꝙ ps colli
det alterā. Decima die oīa ligna ſilauaruꝫ
⁊ olera herbaꝝ ſanguinē fluēt rorē. Unde
decima die oēs mōtes ⁊ colles ⁊ oīa edifi
cia hūana arte ꝯſtcta cadēt. Duodecima die
oīa aīalia terre veniēt ad cāpos de ſiluis ⁊
mōtibus mugiētia: nec tū guſtabūt aliqd̃
viaticum. Decimatertia die oīa ſepulchra
ab ortu ſolis vſꝙ ad occaſum patebunt ca
daueribus ſurgentibus vſꝙ ad orificiū ſe
pulchri. Decimaq̄rta die om̄e humanū ge
nus qd̃ inuētū fuerit de habitaculis exibit
nō loquēdo nec aliq̄d intelligendo ſʒ mitē
tia. Decimaquinta die oēs q̄ tūc erūt viui
morientur: vt reſurgāt cū mortuis lōge añ
defunctis. ¶ Querit hic q̄d de illis q̄ in ad
uētum xp̄i reperiētur viui. So. ſm magi.
ſen. xliiij. diſt. iiij. recitātē aplm. i. ad Coꝝ.
xv. Oēs quidā reſurgemus. ſ. tam boni ꝙ
mali: ſʒ nō oēs imutabimur. ſ. in ſolēnitate
reſurrectionis. Huic cōcordat ambr. ibidē
ꝑ magi. allegatū dicēs in ipſo raptu eoꝝ q̄
viui reperiētur mors erit ⁊ reſurrectio vt
aīa quaſi ꝑ ſoporē egreſſa de corpore eidē
in momēto reddat. Tn̄ idem magiſter ſen.
diſt. preallegata ſubdit. Uellē de his poti⁹
audire doctores: qꝛ hoc diffinire nō eſt hu
mani iudicij. Itē aplus. i. ad Theſſa. iiij. di
cit. Mortui q̄ in xp̄o ſunt reſurgēt primi.
Deinde nos qui viuimus q̄ relinquimur ſi
mul rapiemur cū illis in nubibus obuiam
xp̄o. Ignis em̄ p̄cedet faciē iudicis ꝓmaxi
mus: qꝛ ꝟtute diuina nō ſolū ignis qui eſt
in ſpera ſua. ſʒ etiā oēs ignes q̄ in terra et
ſup terrā ſunt cōcurrēt ad mundi ꝯflagra
tōez. Iſte em̄ ignis habebit officiū q̄ttuor
igniū. ſ. ignis infernal' reprobos puniēdo
ignis purgatorij bonos a venialib⁹ purgā
do: ignis terreſtris vegetabilia et ſenſibi
lia ꝯſumēdo ⁊ oīm corpora incinerādo. Et
ignis elemētaris elemēta ſubtiliādo ⁊ ad
innouationē diſponēdo. Per illū em̄ igneꝫ
ita terre facies exuret ꝙ figura huius mū
di ꝑibit ſicut olim factū fuit ꝑ diluuiū. Uñ
mag. ſen. xlvij. diſt. iiij. Peribit celū ⁊ terra
nō ſolū ſm ſubſtātiā: ſed ſm ſpēm q̄ imuta
bit. glo. celū aereum nō ethereū. Merito
em̄ primū iudiciū dei fuit ꝑ aquā cōtra ar
dorē luxurie q̄ nunc enormiter viguit. vlti
mū ꝟo iudiciū erit ꝑ ignē cōtra tepiditatē
charitatis q̄ nūc q̄ſi ſeneſcēte mūdo refri
geſcit. Actio em̄ illi⁹ ignis erit ſucceſſiua
habebit em̄ initiū medium ⁊ finē precedet
nāꝙ iudicis aduētū. Et quaſi ſimul fiet ꝑ
illū ignē purgatio iuſtoꝝ ⁊ punitio maloꝝ:
⁊ incineratio corporū cū cōſumptione ter
re naſcētium quo facto ſtatim erit reſur
rectio corpoꝝ cū aduētu iudicis ad iudiciū
⁊ tūc inflāmabit totus mūdus ꝑ circuitū.
Deus ſicut eſt potētiſſim⁹ in ꝯſtitutiōe na
turaꝝ ita eſt clemētiſſim⁹ in collatiōe grā
rū: ⁊ iuſtiſſim⁹ in retributiōe ſtipēdioꝝ q̄m
ergo hō meruit vel demeruit in aīa ſimul
corpe puniet: vel p̄miabit in vtroꝙ. Unde
in eiſdem opꝫ ipm̄ reſurgere. Ad vocē em̄
tube reſurgent mortui: ſicut dicit Apl's. i.
ad Theſſa. iiij. Quoniam ipſe dominus iuſſi
nuet in voce archangeli ⁊ in tuba dei de
ſcendet de celo ⁊ mortui qui in xp̄o ſunt re
ſurgēt primi: ⁊ ꝑ magi. xlvij. diſt. iiij. ſentē.
ad iudiciū veniēte dño emittet vox illa ma
gna q̄ reſurgēt oēs mortui. Dupl'r aūt p̄t
intelligi illa vox. Uno mō dr̃ eſſe imperiū
xp̄i reſurgere imperātis. Alio mō p̄ōt dici
illa vox manifeſta xp̄i apparitio. vñ Greg.
Tubā ſonare nihil aliud ꝙ mūdo iudicem
filiū demōſtrare. Reſurgēt ḡ oēs nulla in
eis exñte dr̃ia q̄tū ad ordinē tp̄is: ſʒ mag
erit dr̃ia q̄tū ad ordinē dignitat̃. Nā mali
reſurgēt difformes ⁊ paſſibl'es. In bōis ꝟo
natura ſaluabit ⁊ vicia detrahēt. Oēs em̄
tā bōi ꝙ mali reſurgēt integro corpe debi
ta ſtatura ſm etatē plenitudinis xp̄i. Grā
huius q̄rit qualis etas vel ſtatura aſſigne
tur reſurgentib⁹. So. ſm Boñ. In diſpoſi
tione iuuenilis etatis reſurgēt: ⁊ ad q̄titatē
autem ſtature nec fiet additio nec ſubſtra

UVA. BHSC. IyR_242

ctiorita tamen ſi fuerit ſalua integritas et
pfectio nature q̄ hꝫ determinatos termi/
nos ſiue in ꝓportiōe ſi in magnitudine in/
ter quos ſtatura xp̄i mediū tenere credit
tanq̄ pfectiſſimatſed in corpe vicij defor/
mato tſic oportet addivel diminui vſq̄ ad
debitā q̄titatē. Uñ mag. ſen. xliiij. diſt. iiij.
Oēs em̄ in eadē etate reſurgēt in qua xp̄s
mortuus fuit ꝛ reſurrexit cuiuſcū̄q etatis
mortui fuerintt ſed nō oēs eādem ſtaturā
corporis obtinebūt: imo vnuſquiſq̄ ſuam
recipiet menſurā corporis quā habuit vel
erat habiturus ſi puenifſet ad etatē qua
xp̄s fuit mortuus. Hoc dicit Aug. in libro
de ciui. dei. Etas vero xp̄i ſm mag. ſen. diſ.
preallegata erat circa. xxxij. annos cū tri/
bus menſibus. ¶ Queritur vtrū gygātes
ꝛ alia monſtra reſurgāt. Solu. ſm Bona.
Nō reſurgēt in ſtatura gygātes magnitu/
dinis eo q̄ nō eſt ibi veritas naturetſed er
rortū aliqui tenēt ꝯrium. Bimēbres ſ̄o ſi
habuerint diſtinctionē in mēbris p̄ncipali
bus ibi tunc ſunt due anime ꝛ ſic reſurgēt
duo corpora. Si vero habeāt diſtinctionē
in mēbris non principalibus reſurget vnū
corpus. Item hermofroditus reſurget in
ſexu qui dn̄atur p naturā. Monſtrum ēt ū
qd̄ ptim eſt homo ptim beſtia ſi principa/
les ptes fuerint hoīs reſurget homo. Et
huic ſn̄ie ſatis concordant doctores ſupra
xliij. diſt. iiij. ſentē. ſm cōpen. theo. Reſur/
rectio tria corrigit in natura ſ. defectum ſi
cut in pueriſꝛ in mutilatis ſiue in diminu
ta natura mēbroꝝ. Corriget ſupfluū. ſ. ꝟgi
nū criminū ꝛ hmōi. Corriget horrorē ſicut
in monſtruoſitate mēbroꝝ. Boñ. dicit ſi ali
qua mēbra plus habent de materia q̄ con
ueniens ſit forme mēbri illa pars diſpget
per totum corpus vt vnū mēbrū nō abun/
det ab altero niſi q̄tū debet. al's vnūqd̄q̄
mēbrum ex ſua ꝓpria materia reformabit
ita tamen q̄ ille vicioſitates que non ſunt
de veritate humanetſed per errorem cōti/
gerunt nequāq̄ reſurgēt. vñ Aug. Aberit
ab electorum corporibus oīs diſformitas
vicia detrahentur natura ſeruatur. Gra/
tia huius vltime partis. ¶ Queritur vtrū
capilli vngues humores inteſtina et ſpūs
ꝛc. reſurgāt. Solu. ſm Bona. Oia que hn̄t
cōiunctionē cum vita reſurgent. Sꝫ aūt ali
quid viuere tripliciter aut qꝛ recipit influ
entiā vitetꝛ hoc mō viuit ſubſtantia corpo
ralis ſeu carotaut qꝛ diſponit ad vitam et
ſic ſpūs ꝛ humoresꝛaut qꝛ ortū ꝛ ꝯſuatio/
nē habet ex actu vite ꝛ ſic capilli ꝛ vngues
ꝛ ſic oia reſurgent que faciūt ad cōplemē/
tū ꝛ decorem hoīs. Math. x. Ueſtri capilli
capitis oēs numerati ſunt. Huic ſn̄ie con/
cordat mag. ſent. xliiij. diſt. iiij. Ubi dicit q̄/
rēdo vtrū capilli ad capillos ꝛ vngues ad
vngues redeāt: q̄cq̄d eoꝝ pierat mutabit
in carnem ꝛ in partes alias corporis reuo
cabitur curāte artificis ꝓuidentia. Indeco
rum quippe aliquid nō erit ibi. Uñ beat9
Tho. ſupra eadē diſt. inteſtina nō erūt ple/
na ſuperfluitatibus turpibus: ſꝫ nobilib9
humoribus. ¶ Querit vtrum reſurrectio
erit oīm ſimul an ſucceſſiue. Solu. ſm Bo/
na. Dicēdū eſt q̄ ſimultꝛ huius ſunt ſex rō/
nes. Una ſeueritas diuini iudicij q̄ inflixit
penam dāni corporibus vſq̄ ad ſecūdū ad
uentū filij dei ſicut penā viſionis dei vſq̄
ad primū. Scd̄a ratio meritū fidei ī credē/
do nos remunerari. Tertia eſt vnitas cor/
poris myſticitqꝛ oēs ſumus corpus in xp̄o
ideo neceſſe eſt q̄tum ad gl'iam corporis
ſimul reſurgamus. Quarta rō eſt q̄tū ad
gl'iam aīetqꝛ ſi differetur hoc eſſet impor/
tabile dānum qꝛ ſancti dū ſua deſiderant
corpa vehemētius ſalutē noſtrā deſiderāt
ad Heb. xi. in gl. Quinta rō ē manifeſtatio
diuine iuſticietvt ſimul cū parentibus ma
nifeſtetur q̄ta iuſticia dānet malos ꝛ ſal/
uet bonos. Sexta rō eſt cōſummatio gl'iet
qꝛ āgeli ſuutviatores q̄tum ad miniſteriū
q̄diu hoīes viuūt ꝛ gaudiū eoꝝ accidētale
ſemp creſcit ſm multitudinē electorūtideo
nō debuit pfecta gl'ia ꝯſummari niſi in oī/
bus ſimul. Xp̄s aūt reſurrexit aū ī adiuto
rium fidei nr̄e q̄ oēs reſurgēt ptꝫ Joh. v.
Oēs qui in monumētis ſunt audient vocē
filij ꝛ ꝓcedent qui bona fecerūt in reſurre
ctionem vitet qui vero mala egerūt in re/
ſurrectionē iudicij. ꝛ. i. ad Corinh. xv. Oēs
quidem reſurgemustſed non omnes īmu
tabimur. Item beatus Tho. ſupra. xliiij.
diſtin. iiij. Ponit talem rōnemtreſurrectio
ad hͦ eſt dicta vt reſurgētes recipiāt pme
ritis penā vel premiū: ſed oīb9 debet pena
vel premiū ꝓmerito ꝓprio ſic adultis vel
alieno ſic puulis: ḡ oēs ſimul reſurgemus
ꝛ hoc tenet magi. ſen. in littera. ¶ Querit
vtrum angeli operētur in illa generali re/
ſurrectiōe. So. ꝓut ſcribi. i. ad Theſſa. iiij.
Dn̄s in voce archangeli deſcendet de celo
ꝛ mortui reſurgent. Uñ dicit btūs Aug. in
iij. de tri. q̄ ſicut corpa craſſiora ꝛ inferio/
ra p ſubtiliora ꝛ potētiora quodā ordine

UVA. BHSC. IyR_242

regſiturꝛ ita oĩa corꝑa regunť a deo ꝑ ſpm̄
vite rõnalē. ⁊ hoc etiã Grego. tangit in. iiij.
dyalo. Vñ in oĩb⁹ q̄ corꝑalr ſiūt a deo vtiť
de⁹ miniſterio angeloꝝ. In reſurrectione
aūt eſt aliq̄d qđ ad trãſmutationē corpoꝝ
ꝑtinet. ſ. collectio cineꝝ ⁊ eoꝝ ꝓparatio ad
reparationē corporis humani. Vñ q̄tū ad
hoc in reſurrectiõe vtiť de⁹ miniſterio an
geloꝝ: ſꝫ aĩa ſicut a deo ĩmediate creata ē:
ita ĩmediate a đo corpi iteꝝ vniet ſine aliq̄
opatiõe angeloꝝ ſilr gl̄iam corꝑis ipe de⁹
faciet abſq̄ miniſterio ãgeloꝝ ſicut ⁊ aĩam
ĩmediate glorificat. Et hoc dicit btũs Tho.
ſupra. xviij. diſt. iiij. vbi đr. Mitte angelos
cum tuba ⁊ ꝯgregabūt electos a quattuor
ventis. i. q̄ttuor ꝑtibus mūdi. Etiã de hoc
legiť Math. xiij. Mittet filius hoĩs ange
los ſuos qui colligēt de regno ſuo ſcanda-
la ⁊c. Reſurgēt ergo corꝑa eadē numero q̄
prius erant ex eodem puluere quem reda
cta fuerãt: ⁊ ad eandē aĩam q̄ prius fuerat
Vñ. b. Tho. ſupra. xliiij. diſt. iiij. Nõ eñi re-
ſurrectio dici põt niſi eadē aĩa q̄ prius ad
idem corpus redeat: q2 reſurrectio eſt ite-
rata ſurrectio: iđ ſi non eſſet idē corpus ꝙ
aĩa reſumit nõ diceret reſurrectio: ſed ma-
gis noui corporis aſſumptio. Queriť vtrū
reſurget idē hõ numero. Sol. ſm. b. Tho.
ſupra diſt. prealleg. Idē homo numero re
ſurget cū eadē aĩa numero idē corpus nu-
mero reſumit: de neceſſitate erit eadē hu-
manitas numero. Huic ꝯcordat Job. xix.
Quē viſurus ſum egoipe ⁊ nõ alius. ⁊ loq̄-
tur ibi de viſiõe poſt reſurrectionē. Ad idē
beatus Aug. in. viij. lib. de trini. di. Reſur-
gere nihil aliud eſt ꝙ reuiuiſcere: niſi aūt
idē homo rediret ad vitã q̄ mortu⁹ eſt nõ
diceretur reuiuiſcere: ergo nec reſurgere
qđ eſt cõtra fidē. ¶ Queriť vtrū femine
reſurgēt: cū aplus dicit. ad Ephe. iiij. Do-
nec occurramus oēs in virū ꝑfectū. Solu.
Dicēdū eſt ꝙ ſm Boñ. ꝙ ibi vir nõ đr a ſexu
ſed a v̄tute nõ corꝑis ſed mētis: per quem
modū mulier ſancta vir eſt. beat⁹ Tho. di
ſtin. ꝓallegata. iiij. ſen. dicit ꝙ ſicut hoĩes
reſurgēt in diuerſis ſtaturis ita in diuer-
ſis ſexib⁹ tū ſexui nõ deerit ꝯfuſio viſiõis: q2
aberit libido incitãs ad turpes act⁹ q̄bus
cõfuſio cauſať vñ dñs. Mat. xxij. In reſur
rectõe ei nõ nubēt neq̄ nubentꝛ: ſꝫ ſunt ſic̄
angeli dei in celo. Tũc ad aplm̄ đr ꝙ ꝑuirū
ꝑfectū intellexit v̄tutem animi ⁊ nõ ſexꝯ
virilē ⁊c. ¶ Queriť vtrū reſurrectio ſit na-
turalis an miraculoſa. So. ſm Boñ. in re-

ſurrectione tria ſunt. ſ. corꝑis ex pulueribꝰ
reſuſcitatio: ⁊ hoc eſt cõtra ſolitū curſum
nature cui⁹ eſt ꝑfecta deſtruere nõ deſtru-
cta reꝑare. Scđm erit ipſi corꝑi reforma-
to aĩe vnio. ⁊ hoc erit aliqualiter ſm natu
rã: q2 aĩa deſiderat vniri ſuo corꝑi ſaltem
ſctã aĩa. Tertiū erit corꝑis ⁊ aĩe vnitoꝝ inſe
parabilis colligatio: ⁊ hoc erit ſupra natu
ram. ſ. ꝙ ex corruptibili fiat incorruptibľe
nõ ſeparabile ⁊ ſic reſurrectio erit partim
naturalis: ꝑtim ꝯ naturã: ⁊ ꝑtim ſupra na-
turã. Reſurgēt eñi hoĩes vt ptꝫ ꝑ predicta
q̄tum ad eſſe: q̄tum ad integrū eſſe: ⁊ q̄tū
decorū eſſe. Suꝑ hoc eſt notãdū ꝙ duplex
eſt mors. ſ. aĩe ꝑ culpam ⁊ corꝑis ꝑ penam
Et his reſpondet duplex reſurrectio. ſ. aĩe
ꝑ grãm ⁊ corporis ꝑ gl̄iam. Et ſicut in pri-
mis parētibus mors culpe intulit morteꝫ
pene: ita reſurrectio aĩe ꝑ grãm cauſabit
reſurrectionē corꝑis ꝑ gl̄iam. In reſurre-
ctiõe eñi cõcurrēt quattuor cauſe: efficiēs
ſ. ipe de⁹ materialis. ſ. ipi pulueres. forma
lis. ſ. cõiūctio corꝑis ⁊ aĩe. finalis. ſ. vt reci-
piat vnuſq̄ſq̄ ꝓut geſſit in corꝑe ſiue bonū
ſiue malū. ij. ad Coꝝ. v. Iſta eñi reſurrectio
erit iuſta q̄tum ad dñm ꝑfecta q̄tū ad re-
ſurgētes. miraculoſa q̄tū ad ipam reſurre
ctionē. Queriť vtrū tp̄s reſurrectionis ſit
occultū. So. ſm Boñ. Dicēdū eſt ꝙ toti tri
nitati ⁊ homini xp̄o ſeu homini aſſumpto
tp̄s reſurrectionis ⁊ hora note ſunt oĩbus
aūt alijs ignote. Et ſi obijciatur illđ Johã.
xv. Oĩa quecūq̄ audiui a patre meo nota
feci vobis. rñdetur ꝙ hoc intelligiť de ne-
ceſſarijs ad ſalutē. Itē ſi obijciať illud q̄d
eſt quod non vident qui videntem omnia
vident. Solu. Dicendū eſt ꝙ illud intelligi
tur đ his q̄ ſunt de ſubſtãtia beatitudinis
⁊ intelligitur ꝙ tempus reſurrectionis eſt
occultum niſi reuelatione deregeretur.
Unde beatus Thomas in. xlv. diſtin. iiij. re
citans Auguſt. Etas vltima humani gene
ris que incipit a domini aduentu vſq̄ in
finem ſeculi quibus generationib⁹ compu
tetur incertum eſt huius ratio eſt. quia de
terminatus numerus futuri temporis ſci
ri non poteſt niſi per reuelationem. Tem-
pus enim quod erit vſq̄ ad reſurrectionē
numerari non poteſt nnturali ratione: q2
ſimul erit reſurrectio et finis motus celi.
ex motu autem accipitur numerus omniū
que determinato tempore per naturalem
rationem futura preuidentur. ex motu au
tem celi non poteſt cognoſci finis eius: q2

UVA. BHSC. IyR_242

cũ circularis ſit ex hocipſo h3 ꝙ ſm naturã
ſuã poſſit imppetuũ durare. de reuelatiõe
aũt nõ eſt allegandũ nimis ꝓfunde: qꝛ ſal
uatoꝛ noſter noluit reuelare ap̃lis. iuxta
illḋ Act.i. Nõ eſt veſtrũ noſſe momẽta ꝛ tẽ
poꝛa q̃ deꝰ poſuit in ſua ptãte. Uñ.b. Aug.
xviij. de ciui. dei di. ꝙ cũ deꝰ ap̃lis noluit
indicare nec alijs reuelabit: iõ oĩm de hac
materia calculãtiũ digitos reſoluit ꝛ q̃eſce
re iubet. ¶ Queritur vtrũ media nocte ſit dñs
vẽturus ad iudiciũ: qꝛ dr̃ Math.xxv. Me
dia nocte factus eſt clamoꝛ. Ecce ſpõſus ve
nit ꝛc. Sol. di. magi. ſen. xliij. diſt.iiij. Me
dia nocte dr̃ vẽturus nõ p hoꝛa tp̃is: ſ3 qꝛ
tũc veniet cũ nõ ſperat, ꝛ ibidẽ Aug. idem
dicit: iõ dicit ap̃ls.i. ad Theſ.v. Dies dñi ſi
cut fur in nocte ita veniet. ꝛ idẽ Lu.xij. Itẽ
reſurrectio dñi exẽplar eſt noſtre reſurre
ctionis: ſ3 reſurrectio dñi fuit in nocte: vt
di. Greg. in omel. paſchali. ſ3 btũs Tho. ſup
hoc di. ꝙ determinata hoꝛa tp̃is q̃ fiet re
ſurrectio p certo ſciri nõ põt. Tñ in aliq̃bꝰ
dr̃ ꝙ reſurrectio erit in crepuſculo ſole exñ
te in oꝛiẽte ꝛ luna in occidẽte: qꝛ i tali diſpo
ſitiõe ſol ꝛ luna dicũtur creati: vt ſic eoꝛu3
circulatio cõpleat penitꝰ p reditũ ad idem
pũctũ: tñ reſurrectio ꝓpꝛie nõ erit in tp̃e:
ſ3 in termino: qꝛ in eodẽ inſtã
ti in q̃ ceſſabit motus celi erit moꝛtuoꝝ re
ſurrectio. Poſt reſurrectionẽ ſtatim vẽiet
dñs ad iudiciũ. Luc.xxi. Tũc videbũt filiũ
hoĩs veniẽtem in nube cũ ptãte magna et
maieſtate. ¶ Queritur vbi erit iudicium
So. Locus extremi iudicij erit in valle io
ſaphat. Johel.iij. Cõſurgẽt ꝛ aſcẽdẽt gẽtes
in valle ioſaphat: qꝛ ibi ſedebo vt iudicem
oẽs gẽtes in circuitu. Et idẽ recitat p mag.
ſen.xlviij. diſt.iiij. Nõ in terra ſ3 in ſpacio
huius aeris ſedebit ꝯtra locũ mõtis oliue
ti ex quo aſcendit in valle ioſaphat in iudi
ciũ dñi cõgregabũtur oẽs impij: iuſti autẽ
non deſcendent in vallem iudicij.i. dãnatio
nis: ſed eleuabuntur in nubibus obuiam
xp̃o. Quod locus iudicij gñalis fiet in val
le ioſaphat. ptꝫ triplici pſuaſione. Pr̃ia qꝛ
locꝰ iudicij gñalis d3 eẽ cõis: mõ hierl̃m ꝛ
terra adiacẽs videt eẽ cõis cũ ſit locus q̃ſi
medius nr̃e habitatiõis. Scõa rõne qꝛ lo
cus ille famoſiſſimꝰ ꝑpt opa nr̃e redẽptio
nis q̃ ibidẽ geſta ſunt. Tertia rõne negocij
qꝛ ibi eſt tractandũ de opibus mĩe ꝛ iuſti
cie. Mons aũt oliueti qui eſt apud valle3
illa3 deſignat miam. Joſaphat aũt qui in
terpꝛetat iudiciũ deſignat iuſticiã. Ipſum

cũ iudiciũ p̃cedet trina mõitio. p̃ma fuit
p ꝓphetas. Uñ Prouer.i. Uocaui ꝛ renui
ſtis. Scõa monitio ſeu citatio fuit p xp̃3 ꝛ
apoſtolos ꝛ predicatoꝛes. Luc.xiiij. Miſit
ſeruũ ſuũ hoꝛa cene dicere inuitatis vt ve
nirẽt. Tertia citatio erit p vltimã vocẽ tu
be. ꝛ hec citatio erit pemptoꝛia.i. ad Theſ
ſa.iiij. Qm̃ ipſe dñs in iuſſu deſcẽdet d̃ celo
ꝛc. Scd̃m cũ doc. multiplex eſt iudicium.
Primũ eſt vniforme: hoc eſt iudiciũ pñtis
eccl̃ie. q̃ nõ iudicat niſi d̃ ſola q̃litate retri
butionẽ in gñe tm̃ tribuẽdo: ſc3 ꝙ bõa bo
nis ꝛ mala malis reddãtur: ſ3 numerũ re
tributionũ neſcit nec q̃litates in pticulari.
Scd̃m iudiciũ dr̃ multiforme: ſc3 ꝙ q̃libet
expitur in moꝛte accipiẽdo ſniam de oibꝰ
bonis ꝛ malis q̃ geſſit: ſ3 non oĩa bona vel
mala ſtatim recipit: qꝛ recipit in aĩa tm̃: ſ3
